


3 1761 04576517 9

Schultz, Hermann  
De elocutionis Pindaricae  
colore epico.

PA  
4276  
S35




Herrn Prof W. Meyer  
mit bestem Erben  
vom Vf.

DE ELOCUTIONIS  
PINDARICAE  
COLORE EPICO.

SCRIPSIT

**HERMANNUS SCHULTZ.**



Schultz, Hermann

# DE ELOCUTIONIS PINDARICAE COLORE EPICO.

DISSESSATIO INAUGURALIS  
QUAM  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS  
CONSENSU ET AUCTORITATE  
IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA  
AD  
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

**HERMANNUS SCHULTZ**  
GOTTINGENSIS.

---


GOTTINGAE  
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT  
MCMV.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum  
rettulerunt F. Leo et E. Schwartz.  
Examen rigorosum habitum est die XIX mens. Iul.  
a. MCMV.

PA  
4276  
S 35  
707704

PARENTIBUS

S.



## CAPUT I. PROLEGOMENA.

Grato animo scriptores Christiani — Clementem Alexandrinum<sup>1)</sup> dico et Eusebium<sup>2)</sup> — suum in usum verterunt libros *περὶ κλοπῶν*<sup>3)</sup> aut cautius *περὶ συνειπτώσεως*<sup>4)</sup> inscriptos, quibus varii poetae eidem carmini epico inscripti et versus aut pares aut similes maligne ex furtis explicabantur, quibus iuniores seniores spoliavissent; itaque non solum tota carmina alterum ex his scriptoribus paganis alteri surripuisse contendunt, sed etiam in elocutione alterum alterius vestigia premere observaverunt. Melius quo consilio poetae Graeci usi essent perspexit scriptor ingeniosus, qui libellum *περὶ ὕψους* composuit, ubi dicit capite XIII, 2 alia quoque via ad sublimitatem ascendi posse quae via sit τῶν ἐμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μηδεὶς τε καὶ ξήλωσις et postea (§ 4) de eadem re haec adicit, quibus scriptores *περὶ κλοπῆς* tangi perspexit Dindorfius<sup>5)</sup>: *ἔστιν δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ ὡς ἀπὸ*

1) Stromateon VI capite II.

2) Praep. ev. X capite III.

3) Wilamowitzius Hom. Unt. p. 347 Valckenarii dissertationem de Aristobulo secutus Aristobulum auctorem Clementis esse dicit.

4) Sic Aretades apud Eusebium l. l. p. 467.

5) Qui locum hoc vocavit ed. Clem. praefat. p. XXVI; locum similem Sen. suas. III, 7 (non subripiendi causa sed palam mutuandi) adnotat F. Leo.

*καλῶν εἰδῶν η̄ πλασμάτων η̄ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις.*  
 Atque re vera viam quam hic proponit scriptor *περὶ*  
*ὑψους* ingressos esse poetas Graecos nemo nescit; fuit  
 singulis carminum generibus elocutio poetica, cuius funda-  
 menta iecit Homerus, de cuius elocutione ab usu coti-  
 diano recedente et arte expolita conferas Wilamo-  
 witzium<sup>1)</sup>, atque illa elocutione artificiosa utendum erat  
 poetae, qui urbis suae fines egredi vellet; itaque Cor-  
 rinya quidem carmina sua scripsit Boeotica dialecto,  
 Pindarus non item<sup>2)</sup>.

Poetae igitur recentiores dupli ratione vinculis traditionis impediti erant, quae res luculentissime in carminibus epicis perspicitur cum in Iliadis et Odysseae partibus recentioribus tum in poetis epicis temporum recentiorum, quibus si non eadem materia quam poetae antiquiores iam tractaverant excolenda erat, at eodem versu utendum erat et eadem elocutione, atque adeo una est illa carminum epicorum elocutio, ut vix unus alterve — Cypriorum poetam dico aut Antimachum — hac in re inter ceteros emineat. Ne plura, Hesiodi elocutio quomodo pendeat ab Homericis nunc optime demonstrat editio Rzachii atque in hymnis Homericis in Apollines et Mercurium Eberhardii<sup>3)</sup> diligentiae, in hymno in Venerem Truebero<sup>4)</sup>, in hymno in Cererem Buecheleri editioni debemus quod res quomodo se habeat intellegitur. Quae cum ita sint, iure viri docti locutiones ab usu Homericō recedentes mutavisse videntur, sicut Nauckius et Wilamowitzius<sup>5)</sup> in Melampodiae frag-

1) Hom. Unters. p. 292 et 406.

2) Monuit Christius Bayr. Sitzber. 1891 p. 82.

3) Progr. Husum 1873/4.

4) Diss. philol. Hal. vol. XV pars II (1903).

5) Hom. Untersuch. p. 178 adn. 22.

mento 160 Rz pro ὕπνος θανάτοιο κάλυψεν scripserunt τέλος οἱ.; fortasse eadem ratione fr. 1 Antimachi sub finem, ubi traditum est νεοξυγὲς ἄρμα πελάσσαι more epico (E 237) scribendum est νεοξυγές ἄρματ' ἐλάσσαι. Nimirum etiam eis vocibus et locutionibus usi sunt poetae epici non solum recentissimi illi, qui intermortuam poesin epicam opera dedita imitantur, sed etiam poetae qui antea fuerunt, quas non iam intellegebant et eo sensu, quo explicabantur, usurpabant, cuius rei exempla certa praebet Antimachus<sup>1)</sup> et de qua conferas Wackernagelium<sup>2)</sup> post Wilamowitzium<sup>3)</sup> disputatantem.

Sed haec mittamus atque quanta fuerit vis et auctoritas elocutionis epicae — nam poeseos epicae antiquioris unam dicere elocutionem nobis licere contendō — non solum in recentioribus eiusdem generis carminibus, sed etiam in alio prorsus genere examinemus in elocutionis Pindaricae colore epico, quem fere non curaverunt qui de dialecto aut de elocutione scripserunt Pindarica, cum inter omnes constaret inesse in Pindaro elocutionis epicae vestigia satis multa et nemo ni fallor non eis subscriberet, quae Godofredus Hermannus<sup>4)</sup> dixit de dialecto Pindarico epico, sed colorem habente Doricae, interdum etiam Aeolicae linguae, sicut verbis Hermanni subscrispsit<sup>5)</sup> vir summus Augustus Boeckh,

1) Fr. 71 Ἀιδός θοὸν δόμον, quod mutaverunt Koechlyns et Kinkelius, quamvis propter hunc ipsum vocis quae est θοὸς usum laudetur fragmentum; usum explicat Etym. Magnum s. v. θοὸς, ubi haec: σημαίνει πέντε cum alia tum θοῶς δὲ ἐπὶ δεσμὸν ἔηλα (φ 241) ἀντὶ τοῦ ἀσφαλῶς, ἐν δὲ τούτον τὸ ἔδραιον καὶ ἐν τοῦ ἔδραιον τὸ λογγόν.

2) Kuhns Zeitschrift 33 p. 50.

3) Isylli p. 112, Herakles II<sup>2</sup> p. 253.

4) Edit. Heyn. III p. 252.

5) Edit. Pind. I 2 p. 252 („nihil potest his verbis verius dici“).

qui de his elocutionis epicae vestigiis nihil adiecit. Nimirum per explicationes eius sicut per editiones eorum qui post eum Pindaro edendo operam navaverunt, dispersae inveniuntur observationes plurimae de locutionis aut vocis alicuius Pindaricae exemplo epico, sed de universa re praeter ea quae brevissime sed egregie scripsit Schroederus<sup>1)</sup> nihil mihi quidem innuit, quod hoc loco proferendum censerem. Quamquam extant commentationes de elocutione Pindarica complures. quarum agmen dicit Eduardus Lübbert, qui in ea quam de elocutione Pindari scripsit commentatione<sup>2)</sup> quaestionem de elocutionis Pindaricae colore epico ne verbo quidem tetigit; quae de singulis locis praetereundo magis quam consilio ductus protulit, suo loco laudabo. Idem valet de eis quae O. Goram de Pindari translationibus et imaginibus<sup>3)</sup> conscripsit, cui ordinem neglectum iure crimi dat M. Godofredus<sup>4)</sup>, sed ne ille quidem quaestionem quam nos tractaturi sumus dignam putavit, de qua accuratius quaereret, nam quamvis concedat p. 43 magnam fuisse Pindaro auctoritatem elocutionis epicae in dialecto et in delectu verborum, tamen nihil se dicere profitetur „de innumerabilibus locutionibus ex epica dialecto desumptis, velut ἐπὶ ὄγημιν πόντον“; ceterum materiae diligentissime collectae et artificiose digestae laude non privandus est. Ex ea quam de dialecto Pindari scripsit commentationem Guil. Aug. Peter<sup>5)</sup> hoc loco nihil nostra interest cognoscere.

1) Editionis suae qua utor prolegg. II 100.

2) Diss. Hal. 1853.

3) Philologi XIV 241, 478 sqq.

4) De elocutione Pindari Susati 1865.

5) Diss. Hal. 1866.

secre, nisi quod dicit p. 4, quamvis epica dialectus fundamentum quasi sit linguae Pindaricae, tamen nusquam occurrere formas in φι desinentes — quas habet Ibycus fr. 2, ut hoc proferam — et quod p. 41 voces quae sint πατήρ μάτηρ θυγάτηρ γαστήρ Δαμάτηρ plane epicorum more flecti adnotat. Similia tetigerunt Christius<sup>1)</sup>, qui l. l. p. 80 voces quales sint ἡνγενῆς εἰνάλιος similia — duae coniunctae inveniuntur P IV 293 νοῦσον οὐλομέναν — originem epicam prae se ferre adnotat — aliis in rebus, imprimis in eis quae de Pindari arte et ingenio scripsit dissentio cum viro docto — et Schroederus<sup>2)</sup>, qui p. 223 Pindarum a vocalismo Ionicō et Attico se abstinuisse monet. Denique de Pindari studio nomina variandi, quod in ludorum, patriarum, victorum, deorum nominibus appareat, materiam diligenter collectam et digestam proponit Carolus Ritter<sup>3)</sup>, qui etiam qua arte Pindarus singulas voces, quae ei maxime cordi sunt, exornaverit p. 44 sqq. bene demonstrat.

Novo prorsus fundamento nititur quaestio de elocutione Pindarica, ex quo Fortunae beneficio μελιγλώσσου χάρις Κηίας ἀηδόνος nobis donata est. Ac de Bacchilidis quidem, qui colorem epicum tam aperte prae se ferat, elocutione statim quaesiverunt cum alii tum vir doctus Italus Tommasini<sup>4)</sup>, qui diligentissime largam materiam proposuit, cui vix habeo quae addam praeter εὔτυπτος κυνέα XVII 50<sup>5)</sup>) = Γ 336 et novum Aiacis

1) Beiträge z. Dialekt. Pindars. Bayr. Sitzber. 1891.

2) Zur Sprache Pindars. Berl. phil. Wochenschrift 1896.

3) Diss. Argentor. 1885.

4) Imitazioni e reminiscenze Omeriche in Bacchilide (Stud. It. di Fil. class. VII 415 sqq.).

5) Utor Blassii ed. II

epitheton *σακεσφόρος*, quod non cum Tommasinio p. 439 ad A 527, sed collata voce Homericā φερεσσακής ad P 128 (*φέρων σάκος*) revoco. Melius quomodo elocutio Bacchylidea sequatur Homericam, demonstravit Schwartzius<sup>1)</sup>, cum p. 637 comparationem Bacchylideam XII 124 sqq. ostenderet paraphrasin esse aliquo modo mutatam Homericā illius O 624 et ei quae sequitur descriptioni pugnae apud naves commissae exempla epica subesse. Quae cum ita sint et quae ratio inter elocutionem Bacchylideam intercedat et Homericam, in aperto sit, fr. adesp. B<sup>4</sup> 97: ὡς ἄρα εἰπόντα μιν ἀμβούσιον, τηλαυγὴς ἐλασίππον πρόσωπον! ἀπέλιπεν ἀμέρας dixerim Bacchylidi ascribendum esse propter similitudinem cum epico illo: ὡς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτου κάλυψεν (X 361) et epitheta coacervata.

Non multum Pindaro profuerunt nova illa studia Bacchylidea, quamquam statim de ratione quae inter elocutionem Pindaricam intercedat et Bacchylideam nonnulla protulit Fraccarolius<sup>2)</sup>, quam rem accuratius examinavit William K. Prentice<sup>3)</sup>, qui tamen p. 55 concludit Bacchylidem per pauca Pindaro debere: accedit quod ignoramus, num per pauca illa ad exemplum commune redeant, cum desint ei qui ante Pindarum fuerunt poetae et epicī et lyricī, imprimis Simonides. Hoc enim praeципue cavendum esse videtur, ne fragmenta illa quae saecula tulerunt ex poetarum Graecorum carminibus, cum generibus temporibus locis inter se distent, similitudine ducti fortuita inter se coniungamus atque alteram alteri exemplo fuisse statuamus: quod peri-

1) Hermes 39, 630 sqq.

2) Rivista di Filologia 1898 p. 70 sqq.

3) De Bacchylide Pindari artis socio et imitatore. Diss. Hal. 1900.

culum non prorsus videtur vitasse John Adams Scott, qui<sup>1)</sup> de Pindari studiis Hesiodeis ad mythologiam et elocutionem pertinentibus diligenter et sagaciter disputavit. Nam quia perierunt carmina Homerica praeter Iliadem et Odysseam, quid Hesiodus in fabulis tingendis ab aliis mutuatus sit, quid ipse novaverit, prorsus ne scimus: in elocutione autem quantopere ab exemplo pendeat Homerico ipse Scottius luculentissime confirmat p. 42 calculo de eis quae apud Hesiodum inveniantur vocibus Homericis instituto, unde eluet fere 83 ex 100 vocibus Hesiodeis (exceptis nominibus propriis) Homericas esse. Itaque nego licere de elocutionis quidem Pindaricae colore Hesiodeo, dico licere de colore epico quaestionem instituere. quam a viris doctis nostrorum temporum fere neglectam viri docti Alexandrini dignam esse putaverunt, in quam accuratius inquirerent. Atque Aristarchi nomen saepissime in scholiis occurrit, ubi de quaestionibus ad elocutionem pertinentibus agitur, et bene demonstravit Eugenius Horn<sup>2)</sup> p. 7 et 11 Aristarchum qua erat imbutus intima cognitione Homeri aliorumque carminum epicorum, saepe exempla adscribere epica. Fragmenta tantum ex Aristarchi aliorumque virorum doctorum, qui post eum elocutioni Pindaricae studebant, commentariis servata esse quam maxime dolemus neque hanc lacunam expiere potest commentatio Eustathii<sup>3)</sup>, qui capite XVI virorum illorum copiis nisus de epithetis Pindaricis ab exemplo epico

1) A comparative study of Hesiod and Pindar. Diss. of the John-Hopkins University Baltimore 1898.

2) De Aristarchi studiis Pindaricis. Diss. Gryphiswald. 1883.

3) Εὐσταθίου . . . πρόλογος τῶν Πινδαρικῶν παρεκβολῶν (edidit E. Abel in scholl. rec. in Pind. Ol. et Pyth. Berolini 1891).

plus minusve recendentibus nonnulla scripsit nec sernenda, quae suo loco laudabo.

Nostrae ad quam tandem accingimus quaestioni praeter illos viros doctos priorum temporum viam monstraverunt cum Schroederi observationes tum Wilamowitzii carminum Pindaricorum interpretationes<sup>1)</sup> et commentatio, quam scripsit de Hierone et Pindaro<sup>2)</sup>, cui me plurima debere libenter confiteor. Ceterum priusquam ad ipsam rem aggrediamur laudo ea quae Wilamowitzius huius commentationis p. 1285 adn. 1 monuit: „Pindar schreibt nicht ab, sondern setzt in seinen Stil um“, quod ut semper tenerem operam dedi, sicut optime dixit Alfredus Croiset libri pulcherrimi quem de Pindaro scripsit<sup>3)</sup> praefationis p. XIII: „Ma préoccupation constante, tout en cherchant les lois d'un art, qui fut le produit d'une habileté consciente d'elle-même, a été de n'oublier jamais, que j'étudiais des œuvres inspirées par la Muse, et que le trop de rigueur, en certaines matières, est un défaut tout aussi grave que l'excès contraire.“

## CAPUT II. DE CARMINE P IV.

Pythiorum carmen quartum non solum magnitudine eminet inter reliqua carmina Pindarica, sed id quoque proprium habet quod initio et fine recisis carmen epicum facile dixeris<sup>4)</sup>; Homerus laudatur v. 277, quod

1) O VI Isylli p. 162 sqq., P VII Aristot. u. Ath. II 323 sqq.

2) Berl. Sitzber. 1901 p. 1273 sqq.

3) La Poésie de Pindare, Paris 1880.

4) Cui exemplo fuisse eoeam Euphemii Hesiodeam contendit Jessen (Pauly-Wissowa Encyclopaedie s. v. Argonauten p. 746, 41).

monent scholiastae et Luebbertus l. l. p. 8; qua arte Pindarus variaverit exemplum epicum Schroederus<sup>1)</sup> docuit collatis locis similibus. Itaque de elocutionis Pindaricae colore epico disputaturi ab hoc carmine bene incipiemus.

Atque primo loco formulas epicas enumerabimus, quas in perlegendo carmine enotavimus; habet P IV formulas epicas non mutatas:

|   |         |
|---|---------|
| P IV 13 <i>κενλυτε</i> initio orationis | = Γ 86  |
| 158 ἄνθος ἥβης                          | = N 484 |
| 174 κλέος ἐσλόν                         | = E 3   |
| 201 ἐμβαλεῖν κώπαιοι                    | = ι 489 |
| 239 φίλας χεῖρας                        | = ε 462 |

formulas epicas fere non mutatas habet Pindarus carminis P IV locis his:

|                           |                     |
|---------------------------|---------------------|
| P IV 17 <i>ἴπποι θοαί</i> | = Α 500 ἵ. ὠκειάων  |
| 94 ξεστὰ ἀπήρνα           | = B 390 εὐξοον ἄρμα |
| 101 ἀγανοῖσι λόγοις       | = B 180 ἀ. ἐπεσσιν  |
| 128 μειλιχίοισι λόγοις    | = κ 173 μ. ἐπεσσιν  |
| 264 θαητὸν εἰδος          | = X 370 ἔ. ἀγητόν.  |

Accedunt voces singulae, quae originem epicam aperte prae se ferunt neque quantum scio elocutionis poeticae communes sunt cum aliae tum v. 29 *θηκάμενος*, v. 113 *θηκάμενοι*; v. 52 *κελαινεφής*<sup>2)</sup>; v. 58 et 73 *πυκνός*; v. 90 et 209 *χραιπνός*. Sed his formulis et vocibus enumeratis minime ad finem perductam esse quaestionem de colore epico carminis P IV, etiamsi index

1) Zeitschrift f. Gymnasialwesen 1885 Jahresbericht XI 342 adn. 2.

2) Deleta quidem (sicut fr. 142) significatione primaria de qua cf. Wilamowitzum Herakles II<sup>2</sup> p. 236 ad v. 1140.

locupletissimus proponatur, docet Aristarchus, qui ad v. 8 ἐν ἀργεννόεντι μαστῷ in scholiis confert locum Homericum I 141 οὐθαρ ἀρούρης, recte ille quidem viamque nobis monstraturus sicut scholiasta, qui ad v. 70 brevissime adnotat: Ὁμηρικῷ ξῆλῳ μετὰ τὴν ἑράτησιν ἐπάγει τὸ αἴτιον, loco Homericō non addito; in mente versatur A 11, quem locum Boeckhius laudavit. Addo simili modo Homericum usum sequi Bacchylideum illud XIV 47: Μοῦσα, τίς πρώτος λόγων ἀρχεν δικαιῶν et duplicitis quaestionis, quamvis aliter formata sit, exemplum esse Homericum E 703. Denique versus 81 φρίσσοντας ὅμβρους<sup>1)</sup> interpretatur scholiasta: οὐκ αὐτοὺς φρίσσοντας, ἀλλὰ φρίσσειν ποιοῦντας collato Z 132 μανομένοιο Διονύσοιο et noto illo χλωρὸν δέος, quod ex scholiistarum, Apolloni lexici Homerici all. explicatione est τὸ χλωροποιόν, unde recte scholiasta ad N VIII 40 (p. 248, 12 Abel) χλωροῖς ἔρσαις interpretatur τοῖς χλωροποιοῖς.

Igitur altera quaestio occurrit et difficilior et quam ad finem perducere multo magis nostra interest quam locutiones et voces coacervare, quomodo Pindarus suum in usum verterit ea, quae elocutio epica praebebat ornamenta. Atque formulas epicas audaciore ratione variatas deprendimus has: v. 40 ὑγρὸν πέλαγος et v. 195 πόντου κέλευθοι redeunt ad i. 252 ὑγρὰ κέλευθα; v. 86 ὀπιζομένων τις εἶπεν sequitur locutionem epicam (e. gr. β 324) ὡδε δέ τις εἶπεσκεν, cum v. 87 ἐπταξαν δ' ἀκίνητοι σιωπῇ in mentem vocet illud ἀκήν δ' ἐγένοντο σιωπῇ (e. gr. H 92). Apertum exemplum imitationis

1) Novum exemplum accessit in Parthenii Oxyrrh. Pap. IV No. 659 v. 38: φρίσσων Βορέας; locum carminis P IV cum scholl. laudant recte editores.

epicae v. 144 λεύσσομεν σθένος ἀελίου<sup>1)</sup>, ubi subaudiuntur locutiones epicae δ 833 δόρα φάρος ἡελίου et Ψ 190 μένος ἡελίου. v. 97 εὔχεαι πατρίδ' ἔμεν usum elocutionis epicae sequitur, quem habet i 529 πατήρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶραι. sicut locutionibus quales praebent v. 125 ἥλυθον κείνου κατὰ κλέος et v. 129 ξείνια ἀρμόζοντα exempla epica, dico N 415 φέρετο πενδόμενος μετὰ σὸν οὐλέος et A 136 γέρας . . . ἄρσαντες κατὰ θυμόν, subesse fortasse concedes. v. 213 βιάν μεῖξαι sequitur exemplum epicum quale est O 510 μεῖξαι χεῖρας τε μένος τε, cum v. 251 ἐν Θκεανοῦ πελάγεσσιν redeat ad mirum illud ε 335 ἀλλος ἐν πελάγεσσιν<sup>2)</sup>, quod imitantur hymni Homerici et poetae tragic. Formula satis mira, quae occurrit v. 37, χειρὶ οἱ χειρὶ ἀντερείσας num ad epicam locutionem ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ aliqua ratione redeat nescio; scholia de usu Homericō cogitant, cum v. 109 tyrannus dicatur λευκᾶς πιθῆσας φρασίν regnum Iasonis parentibus rapuisse, et explicant: κατὰ τὸ ἐναντίον ταῖς παρ' Ομήρῳ μελαίναις<sup>3)</sup>; equidem hac similitudine procul habita Pindarum in hac locutione novanda contendeo ultra epicum illud πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι (δ 427), quod intellegitur collato maris epitheto πορφύρεος, progressum, ut describeret animum vehementer commotum, imagine maris usum esse, quod remis (πολιὴν ἀλα τύπτον ἐρετμοῖς) aut ventis (N 799) commotum album fit.

In singulis vocibus comparandis hic insistendum non esse dico; facili negotio comparaveris v. 13 ὑπέρ-

1) Elocutionem epicam sequitur Bacch. III 79, ultra progreditur N IV 13 ζαμενεῖ ἀλλῷ θάλπεσθαι.

2) Similius Pindarus fr. 235 ἐν πόντον πελάγεσσιν.

3) Usum epicum sequitur Aesch. Pers. 114 μελαγχέτων φοίν.

θυμοι φῶτες et Ψ 512 ὑ. ἔταροι. v. 25 Ἀργοῦς θοᾶς et Ξ 416 ναῦς θ., v. 72 ἀγανῶν Αἰολιδᾶν et v. 304 Φαιήκες ἄγανοί, v. 210 ἀνέμων στίχες et A 250 στίχες ἐνδρῶν similia; quo magis miramur aperte ab usu epico redere ventorum epitheton v. 210 βαρύγδουπος, quod ab locutione epica λιγέων ἀνέμων (Ξ 17) eadem ratione distat qua nervus arcus, qui Pindaro βαρύφθογγος est (J VI 34), cum Bacchylides eum λιγυκλαγγῆ dicat (V 72) secundum epicum illud φ 411, ubi canit nervus arcus χελιδόνη εἰκέλη αὐδήν; obstat autem vox a Pindaro novata P XI 23 βαρυπάλαμος<sup>1)</sup> , quominus dicamus Pindarum his vocibus a βαρν- incipientibus ita usum esse, ut deleta significatione partis prioris fere idem valerent Iovis epitheta epicum ἐρύγδουπος, Pindaricum (O VI 81) βαρύγδουπος.

Sicut scholiasta interrogationes v. 70 Ομηρικῷ ζήλῳ positas esse contendit, v. 95 simili imitatione vox quae est σπεύδων interpretari videtur eam quae antecedit προτροπάδαν; quam rem Homero notam esse demonstrant loci quales sunt Γ 387 εἰροκόμῳ, οὐ . . . ἵσκειν εἴσια καλά Κ 375 βαμβάιων, ἄραβος δέ . . . γίνεται δόντων Π 403 ἀλείς; ἐκ γὰρ πλήγη φρένας Λ 36 βλοσφωπίς, δεινὸν δερκομένη; exemplum eiusdem rei Aeschyleum addo Suppl. 388, ubi ad ἐτεροορεπής recte adnotat scholiasta: αὐτὸς (sc. in eis quae sequuntur) ἐπεξηγήσατο τί ἔστιν ἐ. Praeterea plane ex usu epico redunt formulae, v. 184 ἡμιθέοισιν πόθον ἐνδαινειν et v. 218 ὄφρα . . . ποθεννὰ Ελλάς . . . καιομέναν δονέοι et v. 149 βοῶν ξανθὰς ἀγέλας, v. 205 φοίνισσα ἀγέλα ταίρων; quae exempla extremo loco posita etiam aliud indicium co-

1) Quae ad locutionem epicam redit A 219 χεῖρα βαρεῖσιν, sicut fulmen O X 80 dicitur Iovis πνωπάλαμον βέλος. telum quod igneis corripit lacertis.

loris epicis aperte praे se ferunt, scilicet Pindarum in hoc Pythiorum carmine quarto contra consuetudinem coloribus viridibus uti.

Poetae epicis quam bene colores hominum et rerum viderint, manifestum; exemplo sit *M* 462 sqq., ubi Hectoris ὑπώπια et oculi cum nocte et igni comparantur, undarum descriptiones, quae irruentibus ventis primum nigrae fiunt (*H* 63) mox albae (*N* 799) aut nota illa comparatio *A* 141. Mare abundat epithetis epicis ad colorem pertinentibus<sup>1)</sup>, sunt αἰθοψ, γλαυκή, ἰοειδῆς, μαργαρέη, οἴνοψ, πολιγή, πορφυρέη, e quibus quantum scio viguerunt apud poetas recentiores solum γλαυκή et πολιγή; nimirum in mari depingendo etiam novaverunt poetae recentiores neque quantum scio exemplum antiquius praesto est ut explicetur Timothei Persarum v. 32 novum illud et arte quaesitum maris epitheton σμαραγδοχαῖτας, cui Latina multa facile adscribas — Ovidius Met. II 13 habet Nereidum virides capillos, idem Epist. V 57 sicut Statius Achilleidos I 293 Nereidas vel Nymphas virides dixit — Graeca per pauca similia invenies — χλωρὸν ὕδωρ A. P. IX 669. ubi Jacobsius laudat Eur. Phoen. 660 φέεθρα χλωρά similia —, cum usitatissima sint ex antiquis temporibus epitheta ad mare pertinentia, quae a κνανο- incipient, Neptuni κνανοχαῖτης, Amphitritae κνανῶπις<sup>2)</sup>, κνάνεον ὕδωρ Simonidis fr. 40 secundum epicum μέλαν ὕδωρ, κνανανθῆς πόντος Bacchylidis XII 124, κνανέα ἄλς Eur. J. T. 7.

1) Utor diligentissimi commentatione, quam scripsit H. Meylan-Faure, *Les epithètes dans Homère*. Diss. Lausannens. 1899.

2) μ 60, scilicet de dea, sed ἀγάστονος Ἀ. de mari, pace Hauptii opuscul. II 74; qua de re cf. S. Reichenbergerum, die Entwicklung des metonymischen Gebrauchs von Götternamen, Karlsruhe 1891, p. 6 sqq.

Usum epicum etiam hac in re sequitur Bacchylides, qui ex observatione Prenticei l.l. p. 56 semper picturas ante oculos ponit, saepe, id quod probare possunt carminis XVI initium et v. 97 sqq., fr. 17. alii loci, coloribus vivis ornatas; contra Pindarus cum sit parcus colorum<sup>1)</sup>, in hoc quarto Pythiorum carmine copiam vocum ad colores pertinentium largitus est. Quo in numero sunt epicae ξανθός πορφύρεος φοίνισσα, aliis subest exemplum epicum sicut v. 232 ωροκόνεν εῖμα (simili ratione N I 38 ωροκωτὸν σπάργανον) ad epicum epitheton ωροκόπεπλος reddit. Per pauca novavisse videatur Pindarus in hoc quidem genere; equidem nihil habeo quod proferam praeter veris epitheton pulchrum v. 64 φοινικάνθεμος, quod cum similibus — φοινικόρονος O VI 39, φοινικόπεξα O VI 94, φοινικόροδος fr. 129, φοινικοστερόπας O IX 6, praeterea emendatione certa φοινικοέανος fr. 75, 14 — sequitur exemplum epicum quod non receperunt poetae recentiores φοινικοπάρηηος.

Quam parcus colorum sit Pindarus apertum fit collato Bacchylide, qui illius generis quattuor voces praebet novas φοινικάσπις φοινικάνθριξ φοινικοράδεμνος φοινικόνωτος et ut de universa re dicam vocibus colorum pingentibus abundat, inter quas eius propriae videntur esse colorum voces compositae, dico praeter eas, quae cum albi et nigri coloris vocibus compositae sunt atque etiam apud Pindarum occurrunt, et voces cum γλαυκο- compositas, quas ad splendorem, non ad certum

1) Quamquam optime Wilamowitzius Isylli p. 165 adn. 10 ad O VI 39/40 demonstravit quanta arte efficerit poeta, ut ex descriptione colorum discrepantiā et id quod in coloribus coniunctis animū commoveret sentiremus.

aliquem colorem redire recte dixit Bodenheimerus<sup>1)</sup>, voces quae sequuntur: ἔανθόθοιξ, ἔανθοδερκής, πυρσοχαιτῆς, χλωρανχήν<sup>2)</sup>). Pindarus cum non utatur vocibus cum florum nominibus compositis, nisi quod habet fr. 76 vocem epicam<sup>3)</sup> ἰօστέφανος et simili ratione ἰօδέτων στεφάνων fr. 75, 6 et praeterea duas voces. quibus violarum ille color nigricans accidente splendore caeruleo significatur ἰօβόστρονχος et ἰօπλόναμος<sup>4)</sup>, Bacchylides quasi illustrare velit, quomodo ὡς ἀνθηρὰ ἀρουρία ab austera Pindari distet, his vocibus libenter utitur, non solum voces cum violae voce compositas, quo e numero habet ter vocem epicam ἰօστέφανος, praeterea ἰօβλέφαρος et ἰօπλονος, sed etiam alias, a quibus Pindarus prorsus se abstinuisse videtur, φοδοδάκτυλος, καλυκοστέφανος<sup>5)</sup>, φοδό[π]αχυς<sup>6)</sup>, denique λείριος<sup>7)</sup>; ceterum addo Bacchylidem

1) De Homericae interpretationis antiquissimae vestigiis non nullis, Diss. Argentorat. 1890 p. 38 sqq.; ceterum vocis γλαυκῶπις explicationem, quamvis dissuadere possit Aeschyl Pers. 81 πνάνεον δ' ὄμμασι λεύσσων φονίον δέργμα δράκοντος, egregie firmavit serpentis epitheton Bacchylideum VIII 12 ἔανθοδερκής collatis et fr. 4, 4, ubi ignis ἔανθὲ φλόξ dicitur, et epithetis serpentium quae laudat p. 39 Pindaricis γλαυκοῖ et γλαυκῶπες.

2) Cf. Marindin, Classical Review 1898 p. 37 et van Leeuwen, Mnemosyne XXI p. 114 sqq.

3) Gemollius quidem neque hymni Homerici IV 175, ubi Mosquensis, neque VI 18, ubi optimorum codicum memoria nititur, eam recepit prae trita illa εὐστέφανος; cf. de vocibus, quae ab εὐ- incipiunt, alias loco moventibus Nauckium Mél. Gr.-R. V p. 115.

4) Etiam Simonidis fr. 18, fr. adesp. 53.

5) Quod ad rosas pertinere docet hym. Hom. V 427 (φοδέας καλυκας) et sequitur vocem epicam καλυκῶπις sicut illam sequitur vox recentior φοδῶπις.

6) Quod verisimili ratione XII 96 restituitur collata voce χρυσόπαχυς V 40.

7) Qua de voce cf. van Leeuwen I. l. et Schwartzium Herm. 39,

in hoc epithetorum cum floribus compositorum amore cum poetis Lesbicis consentire, qui quantopere flores et voces quae inde originem traxerunt dilexerint docent carminum reliquiae, imprimis illud Sappicum: οὐ γὰρ πεδέχης βρόδων τῶν ἐκ Πιεσίας.

Voces quae occurrunt P IV 17/8 *ἴπποντος θοάς* et *δίφροντος ἀελλόποδας* collatis similibus, quae apud Pindarum et Bacchylidem inveniuntur, quanta arte poetae has voces, quibus imprimis eis opus erat, et variaverint et simul, quam liberi sint interdum ab exemplo epico, luculenter demonstrant.

Homero, cuius epitheta commodum in usum praebet Meylan-Faure l. l., equi sunt *ἀερσίποδες*, *ποδάρκεες*, *ῶκεες*, *ῶκύποδες*, *ῶκυπέται*, *πόδας αἰολοι*, *θείειν ἀνέμοισιν δόμοιοι* (accedit *ἄρμα θοόν*), ut epitheta ad celeritatem pertinentia proferamus; nam in celeritate virtus eorum a Bacchylide et Pindaro praedicandorum posita est, raro alia epitheta occurrunt sicut Bacchylideum V 37 *Φερένικον ξανθότοιχα*, cui subest locutio epica *καλλίτοιχες* *ἴπποι*, aut apud Pindarum, qui O IX 23 equum *ἄγανορα* dicit, sicut Homero leonis *θυμὸς ἀγήνωρ* est M 300 et equi *μῆστωρες* *φόβοιο* dicuntur et *φόβον Αρεος φορέονται*, O VI 14 equas *φαιδίμας* dicit sicut Homero sunt equi *αἴθωνες* (B 839), denique P II 8 habet *πώλους ποικιλανίους*, cum Homero equi sint *χρυσάμπυκες*, qui equis vēhuntur *χρυσήνιοι*. Qui equis vēhuntur viri et reges Homero sunt: *αἰολόπωλοι*, *ἴππηλάται*, *ἴππιοχάρημης*, *ἴπποδαμοι*, *ἴπποκορυστης*, *ἴππόμαχοι*, *ἴππόπολοι*, *ἴππόται*, *κέντορες* *ἴππων*, *πλιξίππος*, *ταχύπωλοι*; denique Ilios est *εῦπωλος*, Argos *ἴππόβοτος*.

---

642; sunt XVI 95 *λείρια* ὅμματα oculi lacrimis splendentes, nostrum „blank von Tränen“.

Quo indice vocum Homericarum, quam consulo integrum hic proposui, quantam materiam eis qui secuti sunt poetis praebuerint poetae epicis manifestum; quam tamen occasionem sprevrerunt Pindarus et Bacchylides, cum omnes has voces non habeant nisi quod raro usurpant ἵππόβοτον "Αργος" (Bacch. X 80), ἵππόδαμος (Pind. N IV 29, fr. 183), ἵππόται (P IV 153) ἵπποχάρμας (O I 23) πλάξιππος (O VI 85, J II 21, Bacch. V 97) ὀκυπόδες (Pind. Parthen. fr. novi — Oxyrrh. Pap. IV No. 659 — v. 56, Bacch. IV 6)<sup>1)</sup>. Haud raro varaverunt poetae exemplum epicum; in locum formulae epicae ὄκεες ἵπποι succedere θοὰς ἵπποντα supra diximus; simili ratione δαμάσιππος Bacch. III 23 sequitur epicum ἵππόδαμος, ἵππόροφος (Bacch. X 114, Pind. N X 41 saep.) vocem epicam ἵππόβοτος, cum vox epica quae est ἵππηλάτα leniter variata redeat ἵπποσόας (Pind. P II 65 saep.) et ἵπποσόα (fr. 107, 7 Pind. ex emendatione Bergkii), audacius et mutata et amplificata fiat (fr. Pind. 89) θοᾶν ἵππων ἐλάτειρα, sicut Pindarus P II 2 Syracusas dixit τροφὸν ἵππων σιδαροχαρμᾶν, quae locutio cum respondeat voci epicae ἵππόβοτος, voce ultima ad epicum ἵπποχάρμης redire videtur. In epithetis novandis multum valuerunt et vox epica ὀκυπέτης et locutio supra laudata K 437 θείειν ἀνέμοισι δμοῖοι; bene addit Meylan-Faure l. l. p. 111 locutionem notam τῷ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην; nam Pindaro non solum equi re vera alati sicut Neptuni equitandi artis

1) Interiisse videntur cum aliae voces Homericae tum pulcherrimae, quae equo adduntur, ἔριανχένες et ὑψηχένες, qua de voce rectius quam Meylan-Faure, qui l. l. p. 111 idem valere dicit utramque vocem, iudicaverunt schol. BT ad E 772 et Passow, Philolog. Untersuch. XVII p. 54.

patroni<sup>1)</sup> equi O I 87 πτεροῖσιν ἀκάμαντες dicuntur aut Pegasus O XIII 87 ἵππος πτερόεις est, sed alii quoque equi Pindaro (fr. 221) et Simonidi (fr. 7) ἀελλόποδες<sup>2)</sup>, Bacchylidi (V 39) ἀελλοδούμαι sunt. Prorsus novatae esse videntur voces Pindari (O III 3) ἀκάμαντόποδες et Simonidis (fr. 29) ἀπέλαστος. Qui equis vehitur et in ea quam Pindarus (O III 37) dicit ὁμιφάρματον διφοηλασίαν excellit, Bacchylidi est διώξιππος (VIII 44, praeterea Pind. Pyth. IX 4, fr. adesp. 85) ἵπποδίνητος (V 2) ἵππάνης (X 101), Pindaro ἀρμασίδονπος (fr. 17) διφοηλάτας (P IX 81, J I 17, quod aliquo modo ad epicum ἵππηλάτα redit) εὐάρματος (P IV 7 saep.) φιλάρματος (J VIII 20). praeterea in Iolai epitheto ἵππομητις (J VII 9) novando audacter usus est Pindarus vocibus epicis quales sunt ἵππόδαμος et πολύμητις; qua de coniunctione complurium exemplorum infra plura dicenda sunt.

Accedit ac sic tandem ad carminis P IV v. 18 relabimur, quod poetis epicis vox quae est ἵπποι et equorum et currus significatione usurpata est; altera alteram excipit E 328/9 atque etiam currus significatione vox epithetis equorum ornatur, sicut Θ 129 de curru legitur ὠκύποδες ἵπποι. Qua licentia libenter usus est Pindarus<sup>3)</sup>, qui χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις saepius (O I 41, VIII 51, fr. 30) habet eodem sensu, quo alias (eiusdem

1) Unde P IV 45 Neptunus ἵππαρχος est, sicut O VII 71 Σολ πῦρ πνεύντων ἀρχὸς ἵππων et fr. 243 Aidonei epitheto epico utitur κλυτόπωλος.

2) Sicut Iris Homero ἀελλόποντος est, quam voce epica quae est ποδάνεμος ornat Bacchylides, ἀνεμώνεα κόραν poeta fr. adesp. 106 (fortasse Pindarus iudice Bergio) dicit.

3) Simili ratione Euripides Phoen. 172 habet de Amphiaraō: ἄρμα λευκὸν ἡριοστροφεῖ.

carminis O I 87, P IX 6) dicit δίφρον χρύσεον, et P IV 18 δίφρονς ἀελλόποδας praebet, cum N IX 4 currum κρατήσιππον, P II 11 πεισιχάλινον dicat.

Extremo loco pauca dicam de voce satis mira ἵππαιχμος, quae quantum scio solius Pindari (N I 17) est et quamquam ne mentione quidem dignam putavit Dissenius Explicatt. p. 352, interpretatione egere videatur. Voce eos qui equis vecti pugnant significari, ita ut proxime ad vocem epicam ἵππιοχάρης accedat, statim sentimus; sed sic res non profligatur. Vocabum similium Pindaricarum altera (fr. 173) εὐνοιαίχμας sc. στρατός certa ratione ad hastas ingentes pertinet, nam αἴχμα re vera hasta est N III 331, P I 66, de parte priore conferre possis εὐνοιαίτης (J VII 4); altera κρατεροαίχμας (J VI 38) cum sicut Bacchylidea (XVI 47) ἀρέταιχμος significet hasta vel pugna validum. propius accedit ad eam significationem, quam altera pars in voce ἵππαιχμος habere debet. Quod legitur P VIII 40 παρενόντας αἰχμᾶς collato et Aeschyli Pers 974 αἰχμᾶς ἀκόρεστον<sup>1)</sup> et P I 48 ἐν μάχαις παρέμεινε interpretamur: in pugna permanere atque obdurare, atque N X 13 si quidem legitur Ζεῦς θρέψεν αἰχμάν Amphitruonis. non hastam, sed virtutem in bello probandam auxisse dicitur Iupiter. Confirmat nostram vocis quae est αἴχμα interpretationem fr. Pind. 199, quod opponit consiliis seniorum αἴχμας νέων, hoc est virtutem et res in bello bene gestas, atque insuper accedit J V 33 b, ubi Κάστορος αἴχμα Πολυδεύκεος τε honorari dicitur, sicut versibus qui antecedunt Iolaus et Perseus, versibus qui sequuntur praec-

---

1) Quod ad ἀκόρητος ἀντῆς (N 621) ἄτος πολέμοιο (E 388) similia aperte redit; ceterum usu simillimo ἀσπίς apud tragicos pugna est (Eur. Phoen. 1326).

dicantur Aeaci generisque eius μεγαλήτορες δόγαι. Αἰχμά igitur Pindaro non solum hasta est, sed etiam pugna et virtus in pugnis probata; vox autem, unde haec quaestiuncula orta est, ἵππαιχμος plane eodem modo vocem quae bene intellegitur κρατεραιχμας sequitur, quo vox epica ἵπποκορύστης, quae per se sensu caret, vocem quae est χαλκοκορύστης aut quo Iovis epitheton νεφεληγερέτα traxit ineptum illud στεροπηγερέτα<sup>1)</sup>.

Simili ratione explicatur vox quae est βοαθόος, quae currus epitheton<sup>2)</sup> est P 481, Aeneae tribuitur N 477, viros fortes significare videtur in loco corrupto Pind. N VII 33, collato loco Homericō, quo ἀντιγ pugnam significat λ 383; inter pugnae et vocum (cf. δξεῖα ἀντιγ O 312 de vocibus pugnantium) significationem pendet usus N IX 35. Accedunt ut melius intelligatur βοαθόος, quae exemplo fuerunt locutiones βοὴν ἀγαθός et θοὸς πολεμιστῆς; sic vox mira quoque explicatur πεζοβόας N IX 34, de eo qui peditum in numero pugnat, et Sophocleum Martis epitheton χαλκοβόας (O. C. 1046), quod ad deum in armis aeneis pugnantem potius quam ad vocem aeneam<sup>3)</sup> pertinere dixerim.

1) Id quod monuit Meylan-Faure l. l. p. 27.

2) „Quelque peu étrange“ iudice Meylan-Faure l. l. p. 95.

3) Non ignoro E 859/60 et χαλκεόφωνος (E 785) et id quod semel invenitur βρείπνος Martis epitheton (N 521), quod quamvis cum schol. BT et Apoll. Soph. lex. Hom. ad vocem pertinere dicant, iam pridem non intellectum esse docet Et. Magn. addito: ἡ μέγας ἡ δεινός; sed collato loco Soph. O. R. 190, quem addit Schwartzius, dubito, nam Mars ibi est ἄχαλκος ἀσπίδων et περιβόητος, quod fere interpretatur vocem quae est χαλκοβόας.

## CAPUT III.

DE CARMINUM A PINDARO ET IUVENE  
ET SENE COMPOSITORUM ELOCUTIONE.

Quaestionem de Pythiorum carmine quarto, quod colore epico peculiari uti supra diximus, quoniam ad finem perduximus, restant reliqua carmina, quorum maxima pars cum ad unum genus epiniorum pertineat et plus quinquaginta annorum spatium amplectatur, quaestio duplex obruitur, num ab epiniciis in elocutione recedant reliquorum generum reliquiae et in epiniciis Pindarus iuvenis quomodo a viro et a sene in elocutione discrepet. Atque prior quaestio eo absolvitur, quod elocutio carminum Pindaricorum praeter epinicia propter fragmentorum exilitatem nobis fere non nota est, quamvis eam non prorsus diversam fuisse ab epiniorum elocutione doceant reliquia; pauca quae ea de re et de Pindari arte et ingenio rectius inde iudicandis dicenda esse videntur in Epilogo invenies. Altera quaestio de singularum aetatum elocutione non sic ratiocinando profligatur; nam utraque ratio cogitari potest, aut poetam iuvenem ab exemplo epico iuvenili libertatis studio in elocutione quam longissime recedere, senem deficiente vigore et increscente fiducia, quae solido magni nominis fundamento nitatur, propius ad exemplum epicum accedere, aut iuvenem poetam anxie et religiose vestigia poetarum qui ante eum fuerunt premere, senem audacter loca nullius ante trita solo petere, sicut Eustathius l.l. artem Pindari his amplectitur: ὅλως δὲ δοκεῖ ὁ ἀνὴρ μὴ ἐθέλειν ποιηταῖς ἑτέροις φανερῶς ἐπανολουθεῖν, εἰ δέ που καὶ ἀλῷ ἐφεπόμενος, ἔχειν ἐκτροπάς τινας, δι' ὃν ἄλλην τινὰ τρέπεται παρὰ τὰς λεωφόρους.

Quae cum ita sint, quaestionem nisi collatis carminibus poetae iuvenis, viri, senis ad finem non perducemus atque bene nobiscum actum est, quod materia ad hanc quaestionem dijudicandam larga nobis praesto est. Extant carminum iuvenilium specimina praeter ea, quae certis traditionis testimoniiis his temporibus tribuuntur, dico fr. 29/30 et P X, quod anno 498 compositum esse constat. duo carmina J VII (502) et N X (500) secundum luculentam commentationem Gaspardi<sup>1)</sup>, quae mihi quidem persuasit; quorum carminum universa indoles quantopere distet ab eis, quae viri sunt, nemo non sentit et facile Wilamowitzio<sup>2)</sup> concedes carmina omnia ante bellum Persicum composita — exemplo utitur P VI (490) — immaturaes esse iuuentutis. Sequuntur vitae Pindari viginti anni summi vigoris, quibus pulcherrima debentur carmina, deinde post pugnam ad Oenophyta factam et Aeginam insulam, quae poetae quam maxime cordi erat, gravi casu afflictam (457/6) usque ad pugnam ad Coroneam factam (447), quae Boeotiam liberavit, hoc est per decem fere annos siliusse Pindari Musam, quantum nobis videre liceat, bene observat Gaspardus l. l. p. 161, nisi quod Psau-midi veteris amicitiae testimonium misit O IV, quod carmen prologus quasi est carminum senilium, quae agmen claudunt; exemplum luculentissimum est P VIII (446), cui tamen propter sententiarum similitudines, quas observaverunt Wilamowitzius<sup>3)</sup> et Christium se-

1) C. Gaspard, Essai de chronologie Pindarique, Bruxelles 1900 p. 22/8; ceterum illud J VII 41 ἔκαλος ἐπειμὶ γῆρας pace Schroederi prolegg. p. 73 facilius poetae iuveni tribues collato J VI 15, quod victoris satis adulescentis in honorem compositum est.

2) Aristoteles u. Athen II 328.

3) Bacchylides (1898) p. 20.

cutus Gaspardus l. l. p. 162 sqq., suppare esse videntur N VI et N XI.

De discrepantia, quae inter singularum aetatum carmina intercedat, cum quod ad sententias tum quod ad elocutionem pertineat, multi multa observaverunt atque bene Leopoldus Schmidt<sup>1)</sup> nonnulla quae iuvenilis elocutionis Pindaricae propria esse videntur monuit, dico carmen in sententias breves quasi divulsum, sententias vix inter se coniunctas et similia. Iuvenis inter modestiam et arrogantiam animi pendens proprium est P X 53 sqq., ubi inter verba modesta legimus v. 56 ὅπα γλυκεῖν ἔμαν, quod excusamus in poeta seniore et probato N III 9, N VI 54, Bacch. III 97, non excusamus in iuvene XX fere annorum. Simili ratione quod ad elocutionem attinet, modo epicorum pressit poetarum vestigia, cuius rei exemplum luculentissimum in lucem protraxit Wilamowitzius<sup>2)</sup> N X 9 πολέμοιο νέφος, quod sequitur P 243/4, modo audacissime et voces novavit — ἀριστόμαχος P X 3. πολεμάδοκος P X 13, ἀκαμαντολόγχας J VII 10, κελαινεγχής N X 84 — et locutiones, cuius rei exempla nonnulla sequantur. Id quod legitur P X 44 θρασείᾳ πνέων καρδίᾳ aliquo modo sequitur epicam locutionem μένεα πνείοντες Ἀχαιοί, sed intercedente usu liberiore, quem habet Scuti v. 24 ὑπὲρ σακέων πνείοντες et Aeschylus Sept. 53 θυμὸς . . . ἐπνει, et simili ratione aliquantum ultra usum epicum progreditur J VII 34, ubi vir qui fortiter pugnans occidit dicitur: εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἀλικίαν, cui comparanda est locutio epica Δ 514: θυμὸν ἀποπνείων. Artificiose

1) Pindars Leben und Dichtung (Bonn 1862) p. 51 sqq.

2) Eur. Herakles<sup>2</sup> II p. 236.

Gorgonis caput P X 46 dixit *ποίκιλον* variegatum<sup>1)</sup> δρακόντων φύσειν erinibus qui angues sunt, qui usus sequitur locutiones epicas ἔρχος ὀδόντων, ἔδος Θήβης secundum Brugmanni explicationem<sup>2)</sup>; neque aliter iudico de vasis fictilis N X 35/6, quod olei plenum Panathenaeorum praemium est, descriptione: καρπὸς ἐλαιᾶς ἐν ἀγγέων ἔρχεσιν παμποικίλοις, γαῖᾳ πνῷ καυθείσῃ Argum venit, quam adeo non cum Dissenio eximie ornatam dico, ut frigidam eam et artificiosam esse contenderim assentiente poeta, qui nihil simile postea sibi concessit, nisi quod O IX 97 multo simplicius sagum εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν dicit. Addo N X 17 σπέρμα ἀδείμαντον Ἡρακλέος adiectivi trajecti, rei apud Pindarum notissimae, exemplum esse paulo durius. Accedunt praeter has observationes ad elocutionem pertinentes loci nonnulli, in quibus offendimus et quos vix dignos esse diceremus matura Pindari arte, si tempora horum carminum ignota essent, dico N X 81/2 et locum saepe temptatum P X 36<sup>3)</sup>, quamvis minime negem iuxta hos locos, quos poetae iuvenili condonamus, alias inveniri, quos pulcherrimos esse facile concedes, dico imagines P X 51/2 et 59, quarum prior imaginem diligenter ad finem perducit, quod in loco J VII 27 mentione dignum habuit scholiasta p. 472, 2 Abel, altera puellas inducit victorem mirantes, quam rem nisi hoc loco non descriptsit Pindarus, aut egregiam narrationem ex Dioscurorum fabula depromptam, quae inde a v. 49

1) De re conferas Herodam puerum verberatum III 89 *ποικιλώτερον* ὑδρας dicentem.

2) Griech. Grammatik<sup>8</sup> p. 393.

3) Quem cum scholiasta collatis δραγμέροις Ar. Eccl. 910 et schol., Hesychio s. v. δράγμαις, Anth. Plan. 261 interpretari malo quam cum castis viris doctis Didymo et Schmidtio l. l. p. 55 adn.

carmen N X concludit atque digna est, quam summis laudibus augeat Gaspardus l. l. p. 29.

Carmina igitur iuvenilia habent non pauca, quibus discernantur a ceteris, atque eodem modo carmina senilia et sententiis et universo elocutionis colore inter se similia sunt atque a ceteris recedunt. Sententiis similibus, quas observaverunt viri docti, addo, quod P VIII 83 et N XI 26 eximia arte eorum meminit poeta, qui victi ex certamine redeunt, quod alibi non fit; atque elocutionem quidem simplicem esse nemo non sentit, ad exemplum epicum proprius eam accedere iure fortasse quispiam dixerit. Sed ea pars elocutionis, quam cognoscere hoc loco nostra interest, colorem epicum dico, in neutro carminum genere, neque in iuvenilibus neque in senilibus, ita a reliquorum carminum usu recedit, ut aliquid de poetae arte et consilio inde concludi possit; nam utroque in genere occurrunt formulae et voces epicae aut non mutatae aut variatae, voces et locutiones, quae exemplum epicum plus minusve aperte prae se ferunt, voces denique, quae novatae esse videntur sine exemplo epico. Igitur per totam vitam Pindaro in elocutione sua excolenda multum valuit sermo epicus, quod fortasse miramur collatis eis, quae acerbe contra eorundem poetarum inventa iecit; sed sicut Choerilus Samius poeta epicus materiam carminum Homericorum reiecit, elocutione usus est, ita Pindarus quoque et re demonstravit, quid sentiret de elocutione epica, et expressis verbis N VII 21 Homerum, cuius arti fallaci illi quidem tamen *σεμνόν τι* inesse concedit v. 23, epitheto Homericō ἀδνεπῆ dixit et in eis quoque quae sequuntur colorem epicum inesse voluit insertis formulis epicis v. 28 ξανθῷ Μενέλᾳ, νανσὶ θοαῖς, cum v. 22 ποτανὰ μαχανά commonefaceret epi-

cam locutionem ἔπεα πτερόεντα<sup>1)</sup>; denique Aiacem v. 27  
*κράτιστον Ἀχιλλέος ἄτεο* dixit sicut Homerus dixit B  
 768/9, Homerum secutus Alcaeus ἔριστον πεδ' Ἀχίλλεα.

Una igitur quod ad colorem epicum attinet est elocutio, qua carmina Pindarica composita sunt, quae tamen non Pindari solius propria est — sic non intellegeretur elocutionem non una cum poetae et hominis progressu, quem sub oculis habemus, mutari —, sed illius carminum generis adeo communis est, ut Pindaricum illud fr. 169 *ρόμος ὁ πάντων βασιλεύς* iure ei inscribi possit<sup>2)</sup>. Cuius rei luculentum est exemplum carmen illud O V, quod num vere Pindaricum esse dicamus cum Godofredo Hermanno<sup>3)</sup> an imitatoris cum Leutschio<sup>4)</sup> Jurenka<sup>5)</sup> Wilamowitzio<sup>6)</sup> aliis, ex elocutione vix quisquam diiudicabit; contulit singulas fere voces cum aliorum carminum locis similibus Mezgerus<sup>7)</sup>, sed prorsus eadem est elocutio, quod quidem ad colorem epicum attinet, quem significant formula epica v. 18 *εὐρὺ φέων* = B 849, vox epica *ὑψηζυγος* satis infeliciter in *ὑψηεφής* v. 18 mutata, cum voces vere Pindaricae inveniantur v. 1 *ἄστον*, v. 21 *δαιδάλλειν* et id quod gravissimum est neque neglectum a viris doctis, e. gr. ab Jurenka l. l. p. 14, v. 3 *ἀκαμαντόπονς*, quod praeterea occurrit O IV 1. Elocutio igitur ansas non praebet ad rem diiudicandem atque in eo quod de sententiis et de compositione utriusque carminis et de uni-

1) Similius J V 63 *πτερόεντα ὕμνον*.

2) Cf. ea de re disserentem Wilamowitzium Isylli p. 166 adn. 5.

3) Opuscul. VIII 99 sqq., ubi festive Leutschium recensuit.

4) Philologi I 116.

5) Stud. Vindob. XVII 15 sqq.

6) Hieron u. Pindar p. 1306.

7) Pindars Siegeslieder erklärt (Leipzig 1888) p. 146 sqq.

versa rerum condicione feres iudicium positum est, num utrumque carmen Pindaro adscribere velis an mecum ab imitatore hoc in genere exercitato illo quidem et diligenti, sed ingenio carente profectum esse dicas. Ceterum voces ex illo carmine depromptas de consilio omittam in quaestionibus ad elocutionis Pindaricae colorem epicum pertinentibus, ad quas nunc nos convertimus atque agmen ducant formulae epicae.

#### CAPUT IV. DE FORMULIS ET VOCIBUS EPICIS.

Epicum colorem cum formulae ex carminibus epicis, ubi saepissime redeunt, notae aut omnino non aut lenissime mutatae apertissime demonstrare videantur. ab his formulis epicis, quae inveniuntur in elocutione Pindarica, incipiamus, quas enumerabimus carminum ordine servato, ita tamen ut eae quae plus uno loco inventiantur et sic illae quoque formularum munere funguntur, agmen ducant. Sunt autem formulae epicae in Pindari carminibus quantum scio hae:

|   |                 |
|---|-----------------|
| <i>πολιᾶς ἀλός</i> (O I 71, P II 68, J (III 74) IV 56)          | = <i>μ</i> 180  |
| <i>ἄρμα θοόν</i> (O I 110, VIII 49)                             | = <i>P</i> 458  |
| <i>θοὰ ναῦς</i> (O VI 101, XII 3, P V 87, N VII<br>28, fr. 221) | = <i>Ξ</i> 410  |
| <i>χάλκεος Ἀρης</i> (O X 15, J (III 33) IV 15)                  | = <i>E</i> 704  |
| <i>χάλκεος οὐρανός</i> (P X 27, N VI 4)                         | = <i>P</i> 425. |

Singulis locis inveniuntur

*Olympiorum:*

|                           |                |
|---------------------------|----------------|
| I 1 <i>αιθόμενον πῦρ</i>  | = <i>Π</i> 293 |
| I 4 <i>φύλον ἥτος</i>     | = <i>Γ</i> 31  |
| I 76 <i>ἔγχος χάλκεον</i> | = <i>Γ</i> 317 |
| II 83 <i>βέλος ὄκνυ</i>   | = <i>E</i> 112 |

|                                     |                       |
|-------------------------------------|-----------------------|
| III 33 γλυκὺς ἴμερος                | = Γ 446               |
| IV 20 ἔντεα χάλκεα                  | = Σ 130/1             |
| VI 10 κοῖλαι νᾶες                   | = Φ 32                |
| VI 20 μέγαν ὄφον ὀμόσσαι            | = ν 299 μακάρων μέγαν |
| VII 65 θεῶν ὄφον μέγαν              | ὄφον ὀμόσσαι.         |
| VI 25 ὁδὸν ἀγεμονεῦσαι              | = ξ 261               |
| VI 48 Πνθῶνος πετραέσσας            | = Β 519               |
| VII 15 ἄνδρα πελώριον <sup>1)</sup> | = ι 187               |
| IX 11 πτερόεις διστός               | = Ε 171               |
| IX 76 οὐλίος Ἄρης                   | = Scut. 192           |
| X 95 κλέος εὐρύ                     | = α 344               |
| XII 5 ἀγορὰ βουλαφόροι              | = ι 112               |
| XIII 90 Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν       | = Theog. 319          |
| <i>Pythiorum:</i>                   |                       |
| I 74 ὡκυπόρων ναῶν                  | = Κ 308               |
| II 10 ξεστὸν δίφρον                 | = Ω 322               |
| II 89b μέγα κῦδος ἔδωκεν            | = Θ 176/216.          |

De P IV supra actum est

|                       |          |
|-----------------------|----------|
| IX 34 δρέων σκιοέντων | = Α 157. |
|-----------------------|----------|

*Nemeorum:*

|                                      |              |
|--------------------------------------|--------------|
| I 37 χρυσόθρονος Ἡρα                 | = Α 611      |
| I 52b φάσγανον τινάσσων              | = Χ 311      |
| I 71 γάμον δαινύναι                  | = h. IV 141  |
| „ θαλερὰ ἄκοιτις                     | = Theog. 921 |
| V 24 χρυσέω πλάκτον                  | = h. II 7    |
| VI 3 caelum deorum ἔδος ἀσφαλὲς ἀιέν | = ξ 42       |

1) Fortasse mentione dignum illum „virum ingentem“ ex schol. 28 a Drach. τεσσάρων πηχῶν καὶ πέντε δακτύλων, h. e. Attico modulo adhibito 1,88 m fere fuisse; cf. Aristophan. Ran. 1014, Alcaei fr. 33,5 et viros magnos, quos ibi adnotavit Bergkius, quo e numero nemo „siebenellenlang“ secundum nostram locutionem; ceterum hunc Alcaei locum imitari Herodotum VII 117 adnotat Schwartzius collato Dielesio Herm. 22, 424.

|                               |               |
|-------------------------------|---------------|
| VI 10 βίον ἐπηεταρόν          | = Op. 31      |
| VI 52 φαεννᾶς Άσος νιός       | = δ 188       |
| VII 99 γήραι λιπαρῶ           | = λ 136       |
| VIII 13/4 γονάτων ἀπτεσθαι    | = Α 512       |
| IX 35 ὁξεῖα αὐτά              | = Ο 312       |
| IX 38 δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας | = δ 246 Γ 196 |
| X 9 πολέμοιο νέφος            | = Ρ 243       |
| X 56 ὑπὸ κεύθεσι γαίας        | = Χ 482       |
| X 64 μέγα ἔργον ἐμήσαντο      | = ω 426       |
| X 71 φολόεντα κεραυνόν        | = ψ 330.      |

*Isthmiorum:*

|                           |          |
|---------------------------|----------|
| I 5 κεδνοὶ τοκῆες         | = Ρ 28   |
| I 15 χερσὶ νωμᾶν          | = φ 245  |
| II 26 ἐν γούνασιν πίπτειν | = Ε 370  |
| VII 8 πυκνὰ βουλαί        | = Β 55   |
| VIII 25 στονόσειτ' δμαδόν | = λ 383. |

*Fragmentorum:*

|                        |              |
|------------------------|--------------|
| 79b αἰθομένα δάσ       | = α 428      |
| 130 δνοφερᾶς νυκτός    | = ν 269      |
| 142 μελαινὰς νυκτός    | = Θ 486      |
| 153 πολυγαθῆς Διώνυσος | = Theog. 941 |
| 157 νήπια βάζεις       | = δ 32       |
| 171 φίλα τέκνα         | = Β 315.     |

Quo indice, quem augeri posse minime negaverim, perlustrato vereor ut in partes eas Ottonis Schroeder prolegg. II 100 contendentis Pindarum tritas illas locutiones epicas rarissime adhibuisse; neque magis viro docto adstipulor dicenti Pindarum pro virili parte memorias epicas ut obliteraret studuisse in eis quae variavit formulis epicis, quarum indicem addo. Priore loco eas numero locutiones, quae lenissime variant locutionem epicam, sequuntur eae, quae paulo longius recedunt ab exemplo epico:

- O II 39/40 παλαιόφατον χρησθέν ~ ι 507 π. θέσφατα  
 III 25 θυμὸς ὥδια ~ Σ 426 θ. ἄνωγεν  
 III 32 ἐθάμβανε σταθεῖς ~ ε 75 στὰς θηεῖτο  
 VII 32 εὐώδεος ἔξ ἀδύτου ~ Γ 382 ἐ. θάλαμος  
 VII 61 πολιὰ θάλασσα ~ ι 564 π. ἄλς  
 VIII 35 πτολίπορθοι μάχαι ~ E 333 π. Ἐννώ  
 IX 50 χθόνα μέλαιναν ~ B 699 γεῖα μ.
- P I 19b στέοντα λαχνάεντα ~ Σ 415 στήθεα λ.  
 I 34 πομπαῖος<sup>1)</sup> οὐρός ~ A 479 ἵμενος δ.  
 I 48 τλάμονι ψυχᾶ ~ E 670 τ. θυμόν  
 II 26 γλυκὺν βίοτον ~ ε 152 γ. αἰών  
 III 39/40 σέλας Ἀφαίστον ~ T 375/6 σ. πυρός  
 V 56 πύρος ἀστεος ~ λ 556 π. Αχαιοῖς  
 V 61 δῶκε φόβῳ ~ ο 567 δδύνησιν ἔδωκεν  
 IX 35 ἀλκᾶς ἀπειράντου<sup>2)</sup> ~ E 245 ἵν' ἀπέλεθρον  
 X 33 κλειτὰς ἐκατόμβας φέζοντας ~ η 202 ἔρδωμεν  
 ἀγακλειτὰς ἔ.
- N II 13 φὼς μαχατάς ~ σ 261 ἄνδρες μ.  
 VII 91 ἀταλὸν θυμὸν ἀμφέπων ~ Σ 567 ἀταλὰ φρονέων  
 X 60 ἀμφὶ βουσὶν χολωθεῖς ~ Ψ 88 ἀ. ἀστραγάλοισι χ.  
 J I 8 ἐν Κέφῳ ἀμφιρύτῳ ~ λ 325 ἐν Δίῃ ἀ.  
 V 34 μεγαλήτορες δοραί ~ ι 500 μ. θυμός  
 VI 41 χεῖρας ἀμάχους } ~ A 567<sup>3)</sup> χεῖ-  
 VIII 65 (N I 45) χερσὶν ἀφύκτοις } ρας ἀάπτους

1) Estne interpretatio? cf. Et. Mag. [+ Hesych.] s. v. ἵμενος: [εἴ μὲν δισέως] πορευτικὸν ἀπὸ τοῦ ἴννεῖσθαι, [εἴ δὲ ψιλῶς] ὑγρόν, τὴν ἴμαδα; alteram interpretationem habent scholl. ABT ad A 479.

2) Monuit Schwartzius in scholis aestate 1902 de Pindaro habitis, cf. praeterea ἀπέλεθρος = ἀμετρος schol. B ad. l. l., lex. Hom. Apollon. Soph.

3) Proxime accedit ad Pindaricam interpretatio anonyma in schol. ABT: ἀπροσπελάστονς.

VI 51 εἰπε φωνήσαις ~ α 122 φ. ἔπεια . . προσήνδα  
VII 22 ἐκπαγλος ἵδεῖν ~ χ 405 δεινὸς εἰς ὥπα  
ἰδέσθαι

VIII 41 ἄφθιτον ἄντρον ~ Σ 370 δόμον ἀ.

VIII 55 οὐδος Αἰακιδᾶν<sup>1)</sup> ~ Θ 80 ὁ. Ἀχαιῶν

fr. 88 ἀνέμων ὁιπαῖσιν ~ O 171 ὁιπὴ Βορέαο

89 θοᾶν ἕππων ~ Δ 500 ἡ. ὠκειάδων

235 ἐν πόντου πελάγει ~ ε 335 ἀλὸς ἐ. πελάγεσσι

Duas locutiones epicas coniungunt

O VII 57 ἄλμυρα βένθεα ~ α 53 θαλάσσης β.

~ δ 511 ἀ. ὄδωρ

P V 51 ἀταρβεῖ φρενί ~ N 299 ἀταρβῆς

~ Γ 63 ἀτάρβητος νόος

N V 11 πίτναν ἐς αἰθέρα χεῖρας ~ λ 392 πίτνας χεῖρας

~ O 371 χ. ὀρέγων εἰς

οὐρανόν

J I 37 ἀμετοήτας ἀλός ~ ψ 249 ἀμέτοητος

~ δ 510 πόντον ἀπειρονα.

Quibus formulis epicis facili negotio ingens moles singularum vocum addi potest, quae epicorum poetarum et Pindari solius communes videntur esse; e. gr. dico: ἀγάνωρ, ἀγκυλότοξοι, ἀκειρεκόμας, ἀμύμων<sup>2)</sup>, ἀργικέραυνος, ἀργυρόπεξα, δολιχήρετμος, δολοφοαδής, εὐρυσθενής, κλυτόπωλος, κνισσάεις, λιπαροπλόκαμος, ποδαρκής, πολύβουλος, ὑπερομενής, χοροίτυπος. Quarum vocum tamen, etiam si Thesaurus linguae Graecae locupletissimus omnes qui extant locos optime et collectos et digestos praeberet, ne sic quidem indicem hoc loco proponerem,

1) Observavit Godofredus l. l. p. 46; ἔρεισμα Ἀιράγαντος O II 6b Ἐλλάδος fr. 76 schol. O II 12a Drach. recte ad Γ 229 ἔρκος Ἀχαιῶν revocat; cf. O II 82 πίονα Τροίας.

2) O X 27, quo loco excepto vox interiisse videtur apud recentiores poetas, in locum successit ἀμεμφής.

cum perierint tot carmina epica, perierint poetae qui ante Pindarum fuerunt lyrici omnes, aequales autem praeter Bacchylidem fere ignoti sint atque num aliquam vocem Pindarus novaverit necne, nemo certa ratione dijudicare possit. Multo pluris interest eos locos cognoscere, quibus exemplum epicum quasi subauditur; quam rem bene observavit scholiasta ad P II 40 *καλὸν πῆμα* laudato Theogoniae illo 585 *καλὸν κακόν*. Raro nomen Homeri additur sicut eo loco de quo supra egimus P IV 278, sed statim in animo versantur versus nobilissimi A 524 sqq.. cum N I 14 (*Ζεὺς*) *κατένευσεν οἱ χαίταις* aut J VIII 45 (*Κρονίδαι*) *ἐπὶ γλεφάροις νεῦσσαν ἀθανάτουσιν* legatur. sicut Hesiodeo Amoris epitheto *λυσιμελής* (Theog. 311) subesse versum illum Odysseae σ 212: *τῶν δ' αὐτοῦ λύτο γούνατ' ἔρω δ' ἄρα θυμὸν ἐθελχθεν* statim sentimus. Simili ratione quod legitur J VIII 37 *"Ἄρει χεῖρας ἐναλίγκιος* ad exemplum epicae locutionis B 479: *"Ἄρει ζώνην ἕκελος* formatum est et locutioni quam habemus N III 52 de Achille: *ποσσὶ γὰρ κράτεσκε* subest epitheton epicum quale *ποδάκης, ποδάρις, πόδας ἀκύς* vel *ταχύς*<sup>1)</sup>, atque siquidem poeta J VI 32 virum ingentem οὔρει *ἴσον* dicit, subauditur epicum illud κ 113, ubi Ulixis socii inventiunt Lapitharum reginam ὅσην τ' ὄρεος *κορυφήν* aut,<sup>2)</sup> i 191; denique fr. 182 non solum locutionem epicam ὡς *πόποι* communem habet cum initio orationis κ 32, sed etiam cognatis aliquo modo sententiis totiusque orationis colore cum loco illo Odysseae coniungitur.

1) Composuit Meylan-Faure l. l. p. 58.

2) Id quod adnotat Schwartzius.

## CAPUT V.

PINDARUS QUOMODO LOCUTIONES ET VOCES  
SECUNDUM EXEMPLUM EPICUM NOVAVERIT.

Ad finem perducta quaestinncula de eis, quae Pindarus ex epico sermone aut immutato aut leniter variato sumpserit, novam aggredimur et difficiliorum et graviorem, quae est de eis, quae Pindarus secundum exemplum epicum novaverit. Specimen talis quaestionis proposui in eis quae supra in capite de P IV scripto dixi de equorum equitum curruum epithetis Pindaricis et Bacchylideis. Qua in re hoc tamen imprimis nobis cavendum esse videtur, ne putemus quaestionem ad finem perduci posse adscriptis ad singulas fere voces Pindaricas exemplis epicis, secretis fortasse nonnullis, quae Pindari ingeniose novantis esse videantur, atque ea ratione, quomodo elocutio Pindarica orta sit, potius dixerim elaborata a scriptore, non a poeta, apertum fieri et manifestum. Nam adeo non dicemus Pindarum dedita opera diu quaesivisse, quomodo vocem aliquam traditam aut mutaret aut novam inde fingeret, ut putemus ultro poetae in mente aliam faciem ut ita dicam induisse voces, quas accipiebat, et imprimis duas voces, puta dei epitheta, in unam eamque novam confluxisse<sup>1)</sup>). Pauca Pindari secundum exemplum epicum

1) Qua in re gaudeo me consentire cum Reichenbergero, qui loco laudato p. 47 contendit locutionem Pindaricam σέλας Ἀραιστον ortam esse „aus einer Art Kreuzung der beiden hom. Wendungen φλόξ Ἡραιστοιο und πυρὸς σέλας“ et cum Stolzio, qui stud. Vindob. XXV (1903) p. 244 vocem epicam μελίφρων ortam esse dicit ex coniunctis vocibus εὐφρων et μελιηδής et ut sententiam suam fulciret nomina propria (sec. Fick-Bechtel, Die gr. Personennamen praeferuntur).

novantis exempla proferam et praeeunte Eustathio incipiemus ab epithetis deorum, quae a Bruchmanno<sup>1)</sup> diligentissime collecta praesto sunt et in quibus quanta arte epitheta epica secutus novaverit Pindarus, bene intellegitur.

Primo loco epitheta Iovis enumerabimus. Inveniuntur apud Pindarum

*Iovis epitheta epica*: (praeter ea quae nominum priorum instar sunt *Αἰγίοχος* et quae Pindaro cum Bacchylide communia sunt *Κρονίδας* et *Ολύμπιος*, quibus epithetis accedit locutio epica "Ἡρας πόσις N VII 95) ἀθανάτων βασιλεύς, μέγιστος πατήρ, ξείνος et ξένιος, σπατος; accedit si quidem Eustathio (fr. Pind. 15) fidem habemus *ἔρισφάραγος*<sup>2)</sup>.

*Iovis epitheta, quae exemplum epicum sequuntur*: ἄφθιτος P IV 291 sequitur locutionem epicam Ω 88 Ζεῦς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς eadem translatione qua Homerus B447 aegida ἀγύρων ἀθανάτην τε dixit et Iupiter siquidem invocatur Ο VII 87 Ζεῦς πάτερ, νάτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων, nemo non sentit exemplum epicum Γ 276 Ζεῦς πάτερ Ἰδηθεν μεδέων. Duo epitheta epica in unum confluxisse dico in eis quae sequuntur Iovis epithetis Pindaricis: βαρύγδουπος et βαρνσφάραγος, quibus praeter similia *ἔρισφάραγος* et *ἔριγδουπος* exemplo fuit βαρύ-

p. IX) contulit ex aliorum nominum partibus ita copulatis, ut nova coniunctio intellegi non possit, orta; quae ratio quamvis non valeat in poetam elocutionem suam novantem, quantopere in ipsius linguae legibus et consuetudine positum fuerit tali modo vocum novandarum occasionem faciliorem reddere, aperte demonstrat.

1) Supplement zu Roschers Ausführl. Mytholog. Lexicon, ubi locos Pindaricos invenies, quos quidem non laudabo.

2) Bacchylides colorem epicum in Iovis epithetis ἄργιπέραννος, *ἔρισφάραγος*, *ὑψίζυγος*, *ὑψιμέδων* p[ro]ae se fert.

*κτυπος*, et *εὐρύγος* et *εὐρύτιμος*, in quibus novandis praeter id recte affert Eustathius l. l. *ὑψηλος* et *ξείριμος* me iudice multum valuit vox epica *εὐρύποτα*<sup>1)</sup>.

*Iovis epitheta nova*: Praeter ea quae fortasse ad exemplum epicum quod interiit revocanda sunt epitheta *τέλειος*, quod Pindaro cum Aeschole et Bacchylide commune est, et *γενέθλιος*, cui simili est *γεννήτωρ* (Suppl. 196), et *ἔλευθέριος* restant duo epithetorum genera, quorum alterum ad Iovem primum locum inter deos tenentem, alterum ad fulminatorem et tonantem pertinet. Prioris generis sunt Pindarica: ἀγεμὸν Ὄλυμπιος, ἀριστοτέχνη, δεσπότας Ὄλυμπου, κράτιστος θεῶν, κύριος πάντων, ὑπέροτας, ὑψιστος. Bacchylidea: ἀρίσταρχος, ἀρχαγὸς θεῶν, μεγιστοπάτωρ; alterius, quod poetis occasionem praebuit pulchra epitheta novandi, sunt Pindarica: αἰολοβρόντας, ἐγχειρόφαννος, ἔλασιβρόντας et ἔλατηρ βροντᾶς ὑπέροτας<sup>2)</sup>, καρτεροβρόντας, δρείκτυπος et δρεινεφῆς<sup>3)</sup>, στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρότανις, φοινικοστερόπας<sup>4)</sup> atque agmen claudit vox Bacchylidea κεραυνεγχής.

Olympiorum Nemeorumque patronum excipiat Py-

1) Quae vox praeterea exemplo fuit vocibus Bacchylideis his: *εὐρυάντες* (epice ἄντες), *εὐρυβίτες* (epice ἔρισθενής, quod sequuntur quae Bacchylidi cum Pindaro communia sunt *μεγαλοσθενής*, *μεγασθενής*), *εὐρυνεφῆς* (epice ὑψινεφῆς).

2) Subest aliquo modo ὑψιβρεμέτης, sed artificiose reconditum.

3) Similes sunt voces Bacchylideae: δρεῖαλος (Neptuni epitheton, quod sequitur hym. hom. XXII 2 κινητῆρας θελάσσης et ε 291, unde praeterea orta sunt epitheta Pindarica ἀγλαοτρέπαινα, Εἴτρειανα, δρεοτρέπαινα) δρειβάνχας, δρείμαχος (Minervae epitheton, quod sequitur Δ 439, ἐγρεμάχη, ἐγρενύδοιμος).

4) Recedit ab epico ἀργικέραννος, cf. Bacchylideum φοίνισσαν φιλόγα XVII 56.

thiorum praeses Apollo. Atque inveniuntur apud Pindarum

*Apollinis epitheta epica*: ἀκεσεκόμας, ἐκάεογος, ἐκαταβόλος, τοξοφόρος, (*Αιτοίδας*, *Φοῖβος* nominum propriorum instar sunt) χρυσάωρ, denique χρυσοκόμας, quod Dionysō tribuitur a poetis epicis, casu non servatum est epicum Apollinis epitheton.

*Apollinis epitheta, quae exemplum epicum sequuntur*: θάλλων χρυσέα κόμα et χρυσοχαῖται redeunt ad epicum χρυσοκόμης, quod praeterea aliquo modo sequitur χατάεις; nihil praeterea inveni.

*Apollinis epitheta nova*: Praeter nomina propria *Λοξίας*, *Μουσαγέτας*, *Πύθιος*, σκοπὸς *Δάλου* et id quod Homericam vocem ἀργυρότοξος ut ita dicam supplet εὐρυφαρέτος, prorsus nova sunt εὐρυσθενής, δοχήστας, ἀγνός.

Fratrem et nepotem sequatur Isthmiorum patronus Neptunus, cuius epitheta eodem modo digesta propono. Sunt in Pindaro

*Neptuni epitheta epica*: βαρύκτυπος, γαιαόχος, εὐρυσθενής, κινητὴρ γῆς, Κρόνον ὑιός.

Sequuntur exemplum epicum: ἐλελίχθων, σεισίχθων, Ἐννοσίδας, ἐλασίχθων, quod recte ad ἐννοσίγαιος revocat sicut ea quae antecedunt Eustathius l. l., quamvis fortasse in voce novanda valuit etiam locutio qualis inventur δὲ 503 ἥλασε . . . πέτρην; εὐρυβίας εὐρυμέδων sequuntur εὐρυκρείων, μεγασθενής id quod supra legitur εὐρυσθενής, denique πόσις Ἀμφιτρίτας locutionem epicam πόσις Ἡρῆς.

*Epitheta nova*: (praeter nomina propria δεσπότας Ἰσθμον, Ἰσθμιος, Κρόνιος, Πετραῖος et ea quae p. 39 adn. 3 enumeravi) ἀγλαὸς, δεσπότας ποντομέδων<sup>1)</sup> secundum

1) Cf. Aeschy. Septem 122 ποντομέδων ἄναξ.

fratris epitheton ὑψιμέδων, εἰνάλιος, εὐεργέτας ἀρμάτων,  
Ἴπποδρόμιος, κλυτόπωλος.

Singulorum certaminum patronos excipiat Musa,  
quae carmina regit, et Χάρης, quae gratiam victori  
donat et poetae. Inveniuntur apud Pindarum

*Masaram epitheta epica: Ἐλικωνιάδες, κόραι Διός,  
Πιερίδες,* quae nominum priorum instar sunt, praeterea χρυσάμπυνες.

*Musarum epitheta quae exemplum epicem sequuntur:* ἄδυπνοος et εὔφρωνοι sequuntur vocem epicam ἡδνέπειαν,  
cum N III 10 οὐρανοῦ κρέοντι θυγατῆρα redeat ad illud  
θυγατῆρα Διός, accedente praeterea singulari dativi usu,  
qui aliquo modo sequitur usum epicum β 96 κοῦροι  
ἔμοι μητρῆρες<sup>1)</sup>, qui tamen non plane similis est.

*Musarum epitheta nova: ἀγλαόθρονος, ἀργύρεων<sup>2)</sup>,  
βαθύκολποι, ἐκαταβόλοι, εὔθρονος, ἡύκομος, λοπλόκαμος  
ἴόπλοκος, ματήρ, μελίφθογγοι, πότνια, χρυσέα.*

*Gratiæ vel Gratiarum in Pindaro desunt epitheta<sup>3)</sup>  
aut epica aut exemplum epicum quae sequuntur; itaque  
enumero epitheta nova (praeter id quod nominis proprii  
instar est βάσιλειαι Ἔρχομενοῦ):*

αἰδοία, ἀοιδιμοι, βαθύξωνοι, ἐρασίμολπος,

1) Vocem quae est ἔμοι Wackernagelius in scholis etiam secundi non solum tertii casus munere functam esse docuit collato epico αἰδοῖ μοι.

2) Sicut Schroederus de hoc epitheto (fr. 287) dubito, cum nullum aliud epitheton mihi notum sit, quod secundum epicum ἀργυρόπεζα, quod Pindarus de calcei colore interpretatus est, qua de re infra disputabo, cum voce argenti compositum ad pulchritudinem describendam usurpetur; E. Schwartzius de Musis venalibus cogitat sicut carmina venalia dicuntur J II 8 ἀοιδαὶ ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα.

3) Quo in numero esse non recte dicit Bruchmannus l. l. epitheton quod est κοιναὶ Ο II 50; simili errore in Apollinis epithethis enumerat σοφός P IX 50 et εὐεργέτας P V 44 l. l. p. 24 et 30.

ξωθάλμιος<sup>1</sup>). ἡγύκομος, κελαδενναι·, ξανθαι·, σευναι·, φιλησίαολπος.

Utrumque igitur dearum genus epithetis epicis fere carebat (Gratiarum epitheta epica λιπαροκορήδευνος, καλλιπάρηγος non recepit Pindarus): itaque poeta postquam epica Musarum epitheta artificiose variavit, ad feminarum pulchrarum epitheta epica confugit. quorum largam copiam excoluerunt poetae epici a Pindaro ipso vix auctam, quem talium rerum incuriosum fuisse demonstrat Bacchylides comparatus, cuius ingenium voces quales sunt *ἰμερόγυνιος*, *τανίσφυρος*, *χλωρανχίν*, *λιπαρά*, *ὑψωνχίν*, imprimis descriptio pulcherrima XVI 101—108 ostendunt; contra quanto iuvenum pulchrorum amore incitetur Pindarus saepe — O VI 76, IX 65, N III 19, XI 12, J II 4. VII 22, fr. 123 aliis locis victoris pulchritudinem praedicantibus — prodit, qua in re tenemus poetam Thebanum a Ceo toto caelo distantem<sup>2</sup>).

Pauca addo de Musarum epitheto novo μελίφθοργος, quia his in vocibus cum melle compositis luxuriat Pindarus ac solus ille quidem, nam Bacchylides, quamvis se ipse IX 10 *νασιῶτιν λιγύφθοργον μέλισσαν* appelle, nihil habet praeter epicum μελίφρων et id quod cum Aeschylo commune habet μελίγλωσσος. Pindarus autem habet non solum epitheton epicum μελιαδής, quod sequitur μελιγαθής<sup>3</sup>), cum audacius formata sit locutio μελιτέσσα εύδια O I 98 et P VI 54, ubi dulces iuvenis

1) Explicat Eustathius l. l. *ναθ' ἦν ξῶν τις θάλλει*, falso ille quidem, quod docet vox epica βιοθάλμιος (hym. hom. IV 190) quae significat: *ξῶν καὶ θάλλων*, ut explicatione utar schol. O VII 19 h Drach.: veram epitheti Pindarici interpretationem alter scholiasta 19 e Drach. profert: *ἡ θάλλειν τὸν τυπῶντας ποιοῦσα*.

2) Qua de re conferas Wilamowitzium Orestie II p. 30.

3) Intellegitur collata voce epica πολυγηθής.

Thrasyboli animi aequare dicuntur μελισσᾶν τοητὸν πόνον, h. e. mellis dulcedinem, quamvis de favis loquatur poeta — sed imprimis Pindaro exemplo fuit Homericum illud A 249<sup>1)</sup> de Nestoris voce melle dulciore et Sirenū epitheton μελίγηρος, quod non solum recepit, sed etiam variavit in μελιφθογγος, unde haec quaestiu-nacula orta est, et audaciora illa μελικουπος μελίγδουπος. Sin autem fragmento 246 a pessime habito carmina μελιρροθα dicuntur, hoc ad mellis vocem pertinet a Pindaro de carmine usurpatam, qui usus originem cepisse videtur ab imagine potionis ex melle et laete mixtae, cui carmen suum comparat N III 77 sicut cum nectare comparat O VII 7, et minus durus est in locutione J V 53 ἐν μέλιτι καὶ τιμᾶ, quae est de carmine et honorem afferente et dulcissimo, quam nude positum illud O X 98 μέλιτι καταβρέχων πόλιν pro: urbem carmine honorans, quod lenius fit eo quod vox quae antecedit v. 94 ἀναπάσσει collato γ 445 ad res sacras nos revocare videtur. Praetereundo monuerim poetam fr. adesp. 81 B<sup>4</sup>, cum mira ratione carmina Musarum μελιπτέρωτα dicat, fortasse Pindarum male intellectum imitari.

Extremo loco, qui Pindaro quam maxime cordi est, Hercules brevi mentione dignus esse videtur, qua in re tamen moneo periisse carmina epica, quibus Hercules praedicatus est, atque in eis quae nobis servata sunt Herculem advenam esse et nisi in eis aut carminibus aut carminum partibus, quae recentioris originis sunt, apparere. Itaque per pauca omnino extant Herculis epitheta epica: Ἀλκυήνης Ἀλκυμος ὑιός (Theog. 526), θεῖος

1) Locum Iliadis laudat fr. 152 μελισσοτεύκτων ηρώων ἐμὰ γλυκεράτερος δημοφά, ubi pari artificio ac P IV 54 favi in locum mellis succedunt.

(Ο 25), Θηβαγενής (Theog. 530), θρασυκάρδιος (Sc. 448), et θρασυμέμνων (Ε 639)<sup>1)</sup>, θυμολέων (Ε 639), παρτερόθυμος (φ 25), κρατερόφρων (Ξ 324), μεγάλων ἐπιίστωρ ἔργων (φ 26), quo e numero nullum apud Pindarum, qui habet *Herculis epitheta ad exemplum epicum formata*: θρασυμήχανος, quod Wilamowitzius<sup>2)</sup> recte ad πολυμήχανος revocat, et σθένος Ἡρακλέος, cui subest Σ 117 βίη Ἡρακλῆος<sup>3)</sup>). Contra apud Pindarum inveniuntur *Herculis epitheta nova*: ἀριστόμαχος ἀδείμαντος<sup>4)</sup> πάντολμον σθένος Ἡρακλέος (fr. 29) ὑπέρθιος<sup>5)</sup>.

Quibus deorum epithetis perlustratis quanta arte tradita orationis ornamenta suum in usum verterit Pindarus mihi videor demonstravisse; ceterum Bacchylides multa id genus praebet, sicut Dianam X 39 τοξόκλυτον dicit secundum epicum τοξοφόρος aut, cuius rei exempla nonnulla in Pindaro quoque supra adnotavimus, Dianam epitheto ornat, quod Minervae epitheton epicum

1) Utramque vocem epicam non solum receptam esse a Bacchylide, sed multis vocibus Pindaricis et Bacchylideis exemplo fuisse mentione dignum: Bacchylides cum Pindaro commune habet θρασυμήδης, solus novavit θρασύχειρ, cum Pindari sint θρασύγνως, θρασύμυθος, θρασύπονος.

2) Isylli p. 166 adn. 18.

3) Quam locutionem, antiquam iudice Meylan-Faure p. 70 quod probare videtur coniunctio Hesiodea Theog. 332 ἵς βίης Ἡρακλητής, de hominibus habet Homerus (deflectit ab usu Σ 607 σθένος Ὠνεανοῦ), cum Pindarus hanc locutionem non solum amplificarit novatis coniunctionibus σθένος ἡμίόνων Ο VI 22 et σθένος ἵππιον Ρ II 12, sed audacissime novarit (praeente usu qualem praebet Aeschylus Suppl. 56 Τησείας μήτιδος loco Τησέως) Ρ VI 36 γερόντος φρήν δονηθεῖσα βόασε et Ν VII 102 τὸ ἐμὸν κέαρ pro ἔγώ diceret secundum Π 554.

4) Cf. epitheton Bacchylideum V 155 ἀδεισιβόας.

5) Sicut Iupiter Homero ὑπερμενής est.

δέριμοπάτοη sequitur ἀριστοπάτρα. Denique quod Iuno Pindaro N XI 2 δύσθρονος Iovis audit, subauditur epitheton epicum χρυσόθρονος, quo quidem deorum regina non sola gaudet; immo cum saepissime Auroraë tribuantur epitheta cum θρόνος composita, vox quae est χρυσόθρονος et ea, de qua vix dubitaveris ψευδόπεπλος, a poetis inventae esse videntur ut Auroraë, feminae pulcherrimae in Oriente sedentis aspectum depingerent; quae explicatio male quadrat in ea quae Reichenius<sup>1)</sup> de his vocibus protulit a sedibus deorum signis carentibus ortis, cum Auroraë constet<sup>2)</sup> nec templis nec signis, sed solis sacris eis quae νηφάλια appellantur cultam esse.

Ut de universa re dicam, quae ratio intercedat inter voces Pindaricas et exempla epica, cum illa deorum epitheta demonstrant tum alia specimina: nonnulla fere paraphrasim praebent vocis epicæ — e. gr. laudo Ο I 66 ταχύποτμος ~ α 236 ὀκύμοος, P XII 16 εὐπάροος ~ ο 123 καλλιπάρειος, Bacch. XV 16 ἀμφικύμων ~ β 293 ἀμφίαλος, Bacch. XV 6 δολιχαυχήν ~ B 460 δονλιχόδειρος —, cum alia tam longe recedant ab exemplo epico, ut ratio quae intercedat non statim intellegatur, e. gr. N X 84 κελαινεγχίς, quod sequitur π 441 αῖμα κελαινόν. Quod summum est, dupli ratione Pindarus rem egisse videtur, ut aut locutionem epicam in unam vocem ut ita dicam comprimeret, aut ex una voce epica, cuius membra solveret, locutionem eliceret; cuius rei luculentum exemplum Euripideum affero Phoen. 2, ubi locutio χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις sequitur vocem epicam<sup>3)</sup> χρυσάρματος; similia

1) Ueber vorhellenische Götterkulte p. 53.

2) Preller-Robert, Gr. Mythologie p. 443.

3) Vocem Pindaricam χρυσάρματος ad elocutionem epicam revo co collato nomine proprio Χρύσιππος.

in Hesiodo inveniuntur, Theog. 12 *χρυσέοισι πεδίλοις* ἐμβεβαῦιαν ~ *χρυσοπέδιλος*, Theog. 311 *χαλκέοφωνος* ~ *ὅπα χάλκεον*. Utriusque generis exempla sequantur, primo loco prioris illius generis, quod locutionem epicam in unam vocem coalescere iubet, quae sunt: Ο I 52 *γαστρίμαργος* ~ *γαστέρι μάργη σ* 2; Ο III 37 *φύμφάρματος* ~ *φύμφα διωκομένη ν* 162 (addita voce quam epicam esse contendi *χρυσάρματος*); Ο VII 15 *εὐθυνάχας* iam Boeckhius<sup>1)</sup> iure ad Homericam locutionem P 168 *ἰθὺς μάχεσθαι* vocavit; Ο VII 36 *χαλκέλατος* ~ Μ 295 *χαλκείην ἔξιλατον*; Ο IX 12 *χαμαπετής* ~ Δ 482 *χαμὰ πέσεν*; P XI 23 b *βαρυπάλαμος* ~ Α 219 *χεῖρα βαρεῖαν*; Ν II 15 *τλάθυμος* ~ δ 447 *τετληρότι θυμῷ*; Ν IX 17 *ξανθοκόμας* ~ Α 197 *ξανθὴ κόμη*; Ν X 90 *χαλκομίτρας* ~ Δ 187 *μίτρῃ, τὴν χαλκῆς κάμον ἄνδρες*.

Alterius generis, quod exempli epicī membra quasi explicat, specimina in elocutione epica quam recentiorēm esse putat observavit Meylan-Faure<sup>2)</sup> *τλήμορα θυμὸν ἔχων* secundum *ταλασίφρων*, *θοῦρον ἐπιειμένος ἀλκήν* secundum *ἄλκιμος* formata et similia: apud Pindarum inveni: Ο IV 1 *ἐλατήρ ὑπέρθατε βροντᾶς* ~ Α 354 *ὑψιβρεμέτης*; J VI 24 *βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις* ~ B 867 *βαρβαρόφωνοι*; J VII 49 *χρυσέα κόμα θάλλων* ~ *χρυσοκόμης* Theog. 947; fr. 89 *θοῦν ἵππων ἐλάτειραν* ~ Δ 387 *ἱππηλάτα*. Simili artificio voces pedestris sermonis elocutioni suaē apta reddit Pindarus, cum e. gr. dicat N I 50 *ποσσὶν ἀπεπλος* pro ἀνυπόδητος aut P XII 23 *κεφαλᾶν πολλᾶν νόμος* pro νόμος *πολυκέφαλος*; cf. praeterea quae supra de N X 35/6 disputavi. Ceterum exempla huius alterius gene-

1) Explicationum p. 169.

2) L. l. p. 70.

ris quod multo rariora sunt vix casu factum est, cum Pindarus quam brevissime et rem et elocutionem soleat comprimere et a loquacitate quam maxime abhorreat, id quod ipse profitetur P I 81.

Sub finem huius capitinis propono nonnulla vocum genera, in quibus Pindari et aequalium secundum exemplum epicum novantium ars bene sentitur, quorum agmen iure ducere videntur voces cum νέος compositae. Quo in genere utile videtur esse primum eas *voces epicas* componere, quas *non receperunt Pindarus Bacchylides Aeschylus*: sunt: νεηγενής, νεήκης, νέηλυς, νεήφατος, νεοαρδής, νεοιγιλός, νεόδαρτος, νεόδμής, νεόλουτος, νεοπενθής, νεόπλυτος, νεόποιστος, νεόσυητος, νεότροφος, νεότευκτος, νεοτευχής, νεούτατος.

*recepérunt: νεογνός et νεοθηλής  
nōciverant secundum exemplum epicum:*

*νεόδματος* (Pind.) ~ νεόδμής

*νεοπαθής* (Aesch.) ~ νεοπενθής

*nōciverant sine exemplo epico:*

Pindarus: νεόγνιος, νέοικος, νεόκτιστος, νεοκτόνος, νεοσίγαλος.

Bacchylides: νεόκοιτος, νεόκροτος, νεόκτιτος.

Aeschylus: νεάγγελτος, νεαίρετος, νεύγαμος, νεογενής, νεόδρεπτος et νεόδροπος, νεοξυγής, νεόκοτος, νεοκράς, νεολαία, νεόροντος, νεοσπαθής, νεόσπορος, νεότομος, νεότροφος.

Aliter res se habet in eo quod sequitur vocum genere, dico voces a χαλκο-incipientes; nam sicut antea demonstravimus Pindarum modo comprimere, modo explicare voces epicas, ita in hoc genere modo vocibus speciem significantibus, modo ad universum pertinentibus opus erat. Longum est eas voces enumerare, quas poeta ex sermone epico aut non recepit aut transtulit

aut variavit; unum moneo vocem quae est *χαλκοπάρασ*, quam Homerus bene galeae tribuit<sup>1)</sup>, Pindarum (P I 44, N VII 71) quod mirere hastae tribuere et ea quae leguntur J VII 44 *χαλκόπεδος* ἐδρα θεῶν redire ad A 426 *Διὸς χαλκοβατὲς δῶ*, quod Pindarus interpretatur de solo et pavimento aeneo contradicentibus et A 2 *χρυσέως ἐν δαπέδῳ* et schol. B T ad A 426 et Hesychio et Apollonii lexico Homericō, cuis verba sensu carentia *ἰσχυρὸν καὶ βεβηκός* collato Hesychio in *ἰσχυρῶς βεβηκός* mutanda sunt. Novavit autem Pindarus voces speciem significantes, h. e. partes viri armati, has: *χαλκάρματος*, *χάλκασπις*, *χαλκομίτρας*, *χαλκότοξος*, Bacchylides cum praebeat *χαλκεόνθατος*; ab altera parte virum armatum significant Pindari voces novae *χαλκευτής* et *χαλκοχάρμας*, quarum similes sunt Euripideae *χαλκεοτευχής* et *χαλκέοπλος* et pugnae epitheton Bacchylideum *χαλκεόπτοπος*, cui subest locutio epica *χάλκεος Άρης*.

Materiam vilem ut excipiat pretiosissima, de vocibus cum auro compositis extremo huius capitatis loco pauca proferre in animo est. Nimirum non is sum, qui omnia epitheta nova et Pindari et Bacchylidis talibus in vocibus luxuriantium hic proponam; partem solum ex magno illo numero cognoscere hic nostra interest, dico eas voces, quae principium petunt ab epico Veneris epitheto *χρυσέη*, quod interpretatur e. gr. Apollonii lex Hom. ἡ *καλή*<sup>2)</sup>, qui usus latius propagatus est. Sunt Pindaro „aureae“, hoc est pulchrae O XIII 7 *παῖδες Θέμιτος*, N V 7 Nereides, J II 26 Victoria, J

1) Miror Hermannum hanc vocem non adhibuisse, ut veram suam hym. hom. XXXI, 11 interpretationem fulciret.

2) Vix recte Meylan-Faure l. l. p. 39 de signo deae aureo cogitat „chez les Phéniciens“.

VIII 5 Musa, fr. 90 Pytho sicut Bacchylidi V 174 Venus secundum usum epicum, X 117 Diana, XVIII 16 Io in bovem mutata. Transitum ab animantibus ad res parant praeter Victoriam eae quae inter personam et rem variant P III 73 ὑγίεια et Bacch. IX 40 ἐλπίς, quae aureae. hoc est fere pretiosae dicuntur, qua significacione vox tribuitur O XI 13. N I 17 olivae, ubi de colore cogitare vetamus vel collato O III 13 γλαυκόχροα ωσμον ἐλαιάς, et P X 40 lauro<sup>1)</sup>.

Quo ab usu vocis quae est χρύσεος profecti poetae recentiores voces cum hac voce compositas novaverunt, quae ad pulchritudinem, non sicut innumera illa quae epicorum sunt poetarum ad materiam aut ad colorem pertinent. Removendae sunt voces quales Eurip. Heraclis 37δ χρυσοκάρανος, quae ad aurea cornua redit cervae illius. quae Pindaro O III 29 χρυσοκέρως est et piscis cuiusdam nomina χρυσοκέφαλος, χρύσοφρον, χρυσωπίς, χρυσωπός, qui piscis re vera maculam auream in capite habet. Quae ratio neque in Latonam valet, quam Aristophanes Thesmophoriaz. 321 χρυσώπιδα dicit, neque in Bacchum, qui Euripidi Bacch. 553 χρυσωπός<sup>2)</sup> est; utraque vox igitur ad faciem pulchram pertinet, sicut vox Aristophanea quae amasii blandientis est χρυσίον. Quibus vocibus collatis explicatur vox satis mira

1) Monuit Boeckhius explic. p. 197.

2) Siquidem recte χρυσωπὲ ἄνα emendavit Usenerus, χρυσῶπα codd., quod falso ad Ὀλυμπον referre Elmsleium collocatio verborum, non rectius Hermannum cum voce quae est θυρεός coniungere rerum natura docent, cum thyrsus frondibus ornatus sit (cf. Anth. Pal. VI 169 θύρεον χλοερὸν κάμηνα) neque cum Hermanno de aureo fructuum hederaceorum colore cogitare liceat; sed E. Schwartzius codicum scripturam tuetur atque de aureo thyrso, quippe qui dei est, cogitat.

Bacchylidea, epitheton Aurorae dico *χρυσόπαχνς* (V 40), quod non ad colorem describendum pertinet sicut ea quae tractavimus *χρυσόθρονος* et *χρυσόπεπλος*, sed ad pulchritudinem brachiorum atque epica eiusdem deae epitheta *φοδοδάτην λος* et *φοδόπηχνς* (hym. hom. XXXI 6) pari audacia sequitur atque Nonniana vox *ἀργυρόπηχνς* Thetidos notum illud *ἀργυρόπεξα*, quod Nonnus ad cutis splendorem revocavit, non cum Pindaro ad calcei colorem — nam eo sensu Pindarum novavisse *φοινικόπεξα* observavit Wilamowitzius<sup>1)</sup> —; quae res dubitationes quas supra p. 41 adn. 2 proposui de fr. Pind. 287 *ἀργύρεαι Μοῦσαι* augere videtur.

Sed vereor, ne iam dudum cum Gallo Lucianeo mihi increpes illud: *παῦε, ὁ βέλτιστε, χρυσολογῶν*, atque tandem finem huic capitи impono.

#### CAPUT VI.

#### DE PINDARO IN VOCIBUS ET LOCUTIONIBUS FORMANDIS AB EXEMPLO EPICO RECEDENTE.

Quamquam disputavimus de eis, quae Pindarus ex sermone epico aut non mutato aut lenissime variato in suum usum verterit et quae poetarum epicorum exemplum secutus ipse novaverit, tamen quaestio de elocutionis Pindaricae colore epico nondum ad finem perducta est; nam me iudice exemplum epicum valuit etiam in eo genere vocum, quae relicta prorsus forma vocis epicae sententiam alia ratione exprimunt; e. gr. dico voces Pindaricas *ἀδειμαντος*, *εὐαγκής* et *εὐρυλειμών*, *βαθύφων*, *πολυφθόρος* et *ἀνδροδάμας* in locum quasi succedere vocum epicarum quas elocutio poe-

1) Isylli p. 169 adn. 23.

tarum recentiorum non recepit ἄτρομος. λεχεποίης, ἐχέ-  
φρων, φθισήνωρ et φθισίμβροτος, atque nisi collata voce  
epica ἀμοργητὶ eam quae sensu contrario utatur Pindaricam ἔρχοντη intellegi non posse. Vides quam late  
propagata sit elocutio epica neque dubito, quin serva-  
tis carminibus epicis multo plura nobis praestō fuerint  
exempla coloris epici.

Tamen elocutione quoque Pindarum propria uti  
nonnullis et vocibus et vocum generibus, quae exemplo  
epico carere videntur, quamvis in lubrico nos versari  
minime nesciam, prolatis demonstrare in hoc capite  
mihi proposui.

Quam libere interdum vocem epicam ab usitata  
deflectat Pindarus significatione, in uno exemplo et lu-  
culentissimo demonstrabo. Discordia Pindaro O XII  
16 ἀντιανειρα est, epitheto igitur ornata est Homericō,  
quod adnotat Eustathius 1. 1. Οὐρῆρον Ἀμαζόνας ἀντια-  
νειρας εἰπόντος. Cuius vocis duplēm interpretationem  
praebet Apollonius lex. Hom.: τὰς δὲ ἀντιανειρας Ἀμα-  
ζόνας δὲ μὲν Ἀρίσταρχος ἵσανδρον, ἔνιοι δὲ τὰς ἀντια-  
ζούσας οἷον ἐναντιονυμένας ἀνδράσι; πολεμικὴ γάρ; si-  
mili modo utraque explicatio in scholl. B ad Γ 189 in-  
venitur; secundam explicationem tueri videtur Aeschylus  
Prom. 722, ubi Ἀμαζόνων στρατὸν στυγάνος praebet;  
epitheton Amazonum quod habet Suppl. 277 ἀνάνδρον  
Ἀμαζόνας num cohaereat cum voce epica nescio.  
Aristarchea explicatio, qua nos uti solemus, quamvis  
loco Homericō aliquo modo apta sit, tamen neque in  
locum Coluthi v 170 quadrat, nam Minervam ἵσανδρον  
dicere ineptientis est, neque in locum Pindaricum, nam  
discordia sine dubio est ἡ ἐναντίονς ποιοῦσα τοὺς ἀνδρας,  
quam significationem novavit Pindarus secundam eam  
quae locis et Homeri et Coluthi subest, dico secundam,

quae non Aristarchi est, et quam originem cepisse ab eis locis, ubi ἀντίθεος explicatur ὁ ἐγαντιούμενος θεοῖς<sup>1</sup>), dixerim.

Pari audacia, qua hanc vocem epicam ab usitata deflxit, etiam alias voces significatione usurpavit ab usitata prorsus recedente, sicut P IX 57 ἔννομος ad νέμεσθαι non ad νόμον redire iussit<sup>2</sup>), quae ratio etiam valet in P XI 7b ἐπίνομος: alia huius generis observavit Eustathius l. l., qui cum falso afferat εὐώνυμος = ἔνδοξος, quod Pindaro cum Hesiodo commune est, recte enumerat voces, quas alio quidem ordine transscribo, has: Pindarus tibiam dicit P XII 24 μναστῆρος ἀγώνων, ἵγουν εἰς μνήμην ἀγοντα τὸν ἀγῶνας et N I 16 populum πολέμου μναστῆρα, παρὰ τὸ μνήσασθε δὲ θονύρδος ἀλκῆς (ex Eustathii interpretationibus, J II 5 autem pubertatem dicit μνάστειραν Ἀφροδίτας, quod aperte ad epicas locutiones μῆστωρε φόβοι et similes reddit et est: ea quae incitat ad Venerem, sicut eis quae Eustathius praeterea affert certaminis epithetis μνασιστέφανος et μναστῆρος στεφάνων eandem significationem inesse patet, quae est: id quod incitat ad coronas petendas.

Iam propono nonnullas voces, quae Pindari solius propriae esse videntur; imprimis sunt voces cum verbis compositae quales ἀγησίχορος<sup>3</sup>), ἀεξίγνιος<sup>4</sup>), μελησίμβροτος<sup>5</sup>), πεισιχάλινος<sup>6</sup>), πολεμαδόκος; sed praeter hoc vo-

1) Apollonius lex. Hom. s. v. ἀντί, schol. ad α 70.

2) Monuit Schwartzius in scholis de Pindaro habitis.

3) Cf. ἀγησίλαος Aeschyl.

4) Voces similes recentioris originis praeter Aeschyleam ἀεξίφυλλος.

5) Cf. θελέσιμβροτος Bacchyl.

6) Cf. πεισιμβροτος Aeschyl.

cum genus etiam aliae voces sicut ἀνδροδίκαις, ναυσίστορος, ὑπέροχλος et voces Bacchylideae ἀδεισιβόας, ἀταρβουάχας, ἐρειψιπύλας<sup>1)</sup>, ut in his Herculis epithetis acquiescam, exemplo carere videntur epico. Quod monuit Croisetus l. l. p. 390 Pindarum longas illas voces diligere „non seulement pour la beauté du sens, mais pour la musique de leurs syllabes“, etiam in Bacchylidem valet atque in primis in eas voces, quas brevi examinabimus, dico voces illas compositas, quarum altera pars intermortua est<sup>2)</sup>; cuins rei luculentissima sunt exempla Aesch. Pers. 1027 λευκήρης θρῖξ aut Soph. Oed. Col. 1055 τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφάς. Exempla Pindarica sunt: P I 7 κελαινῶπις νεφέλαι, P IV 52 κελαινεφέων πεδίων. N II 19 ὑψιμέδοντι Παρνασσῷ, ubi schol. (p. 68 Abel) bene usum observavit. N IX 23 λευκάνθεα παπύν, fr. 78 θύεσθαι τὸν ἵερόθυτον θάνατον: Bacchylidea XVI 125 σὺν εὐθυμίᾳ νεοκτίτῳ aut fr. 4,8 σιδαιροδέτοις πόρπαξιν.

Vocum genera addo, quae ab exemplo libera videntur esse epico. Unum profert Eustathius l. l., sunt voces quae sequuntur: κρατησίμαχος, κρατησίπονς, κρατησιβίας, quae ad vocis quae est κράτος significationem victoriae<sup>3)</sup> redeunt; addo κρατήσιππος.

Plura dicenda sunt de alio vocum genere, cuius exemplum est vox Pindarica (O XIV 14) ἐρασίμολπος,

1) Vocem aliquo modo ad exemplum epicum τειχεσιπλῆτα redire adnotat Schwartzius.

2) Qua de re cf. schol. Eur. Orest. 821, Lobeckii Paralipom. p. 50 et adn., Wilamowitzum ad Eur. Herc. <sup>2</sup> II p. 30 adn. 1 et p. 158 ad v. 689, Kaibeli Electram p. 83, God. Hermannum ad Suplices 347.

3) A 758, Bacchyl. V 114, unde κρατεῖν saepe (e. gr. O VIII 20) apud Pindarum de vincendo.

quae collatis et ea quae praecedit v. 12 φιλησίμολπος et voce Xenophontea ἐρασιχρήματος facile explicatur. Quo maiorem praebet difficultatem epitheton, quod Pindarus (P IV 136) puellae tribuit ἐρασιπλόναμος; nam eandem rationem secutis ea vox nobis explicanda esset ἡ τῶν πλοκάμων ἐρῶσα, quam interpretationem neque loco Pindarico convenire neque Ibyci fragmento 9, 2 B<sup>4</sup>, ubi eadem ratione puella ἐρασιπλόναμος, nimirum εὐπλόναμος, dicitur, nemo negaverit. Eadem difficultas occurrit in versu Nonniano X 256, ubi Jupiter in aquilam mutatus ἐρασίπτερος, hoc est pulchris alis praeditus dicitur neque casu factum est, quod hic usus inventitur apud Ibycum et in eo carmine Pindarico, quod colorem epicum apertissime pree se ferre supra demonstravimus; nostro iure igitur de exemplo epico quod nobis quidem servatum non est cogitamus<sup>1)</sup>. Igitur vox quae est ἐρασιπλόναμος idem valet atque vox recentior ἐρατοπλόναμος, cui usui fortasse iure dicemus exemplo fuisse. quod pari significatione utebantur voces α φιλο — et φιλησι — incipientes, sicut e. gr. φιλόμολπος et φιλησίμολπος.

Ceterum vox Pindarica quae adhuc singularis erat ἀναξιφόρουμιγξ post Bacchylidem inventum tres voces habet simillimas ἀναξιαλος, ἀναξιβρόντας, ἀναξιμολπος, quod non solum ea de causa moneo, quod hoc genus vocum Pindari et Bacchylidis proprium esse videtur, sed etiam, quia nos cautores reddere potest in iudiciis de poetis novantibus ferendis.

Denique duo genera epithetorum profero, quae Pindari et Bacchylidis solorum propria esse videntur:

---

1) Simili ratione Schwartzius iudicavit de voce q. e. λείριος Herm. 39, 642.

prioris exempla sunt Pindarica ἀκαμαντολόγχας, ἀκαμαντομάχας, ἀκαμαντόπους, ἀκαμαντοχάρμας, Bacchylideum ἀκαμαντορός, quod facilis negotio cum epico (II 176) fluminis epitheto ἀκάμας coniungitur; ceterum utrum eodem ex fonte fluxerint maris epitheta Pindaricum ἀκάμας Bacchylideum ἀκάματος an interpretentur vocem epicam ἀτρόγυετος<sup>1</sup>), nescio; nisi forte hoc maris epitheton recentiorum temporum est atque ab epicorum poetarum simplici cogitatione abhorret sicut Mimnermi illud fr. 9: Ἡέλιος μὲν γὰρ πόνον ἐλλαχεν ἥματα πάντα.

Alterum genus epithetorum, quod ab exemplo epico liberum esse videtur, est eorum, quae cum superlativo composita sunt, cui praeter singulare illud δυσαριστοτόκεια et nomina propria exemplo fuisse videntur deorum invocationes, sicut locutio epica Ζεῦ κύδιστε μέγιστε traxit epitheton Bacchylideum μεγιστοπάτωρ. Cuius generis exempla sunt quantum scio haec:

Pindarica: ἀριστόγονος, ἀριστόμαχος, ἀριστόπονος, ἀριστοτέχνας, μεγιστόπολις, πλειστόμβροτος.

Bacchylidea: ἀρισταλκής, ἀρισταρχος. ἀριστόκαρπος<sup>2</sup>), ἀριστοπάτρα. μεγιστοάνασσα, μεγιστοπάτωρ, πλεισταρχος.

## CAPUT VII. EPILOGUS.

Disputavimus de elocutione Pindarica atque quam multa in ea inessent aut epica aut exemplum epicum quae sequerentur demonstravimus, quamquam in formatione epithetorum quoque Pindarum non pauca habere.

1) Quam falso voce quae est ἄκαρπος interpretatos esse grammaticos antiquos docuit Bodenheimerus I. l. p. 35/6.

2) Eandem rem pluribus Pindarus N I 14: ἀριστεύοισα εὐκάρπον χθονός.

quae ipsius propria essent, in capite quod praecedit ostendere conatus sum. Atque in universum de Pindari arte et ingenio ex sola elocutione indicare numquam licebit neque ex epiniciis solis, in quae quadrant, quae Croisetus<sup>1)</sup> de Pindari animo a perturbationibus libero veramque indolem tegente magis quam declarante aut Schwartzius<sup>2)</sup> de Pindari ingenio quod narrantur vero nobilitatis sensu optime dixerunt. Sed male nobiscum actum est, quod epinicia sola saecula tulerunt, in quibus poetae indoles nisi raro — e. gr. cum de Herculo disserat N I aut de Aiace ab Ulixo superato N VII et VIII — non elucet, quamvis dicat O XIII 13: ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἥθος. Nam sicut in elocutione grammaticis antiquis Pindarus austerae elocutionis exemplum fuit, de qua bene Dionysius Hali-carnassensis<sup>3)</sup> dicit τὸν ἀρχαισμὸν καὶ τὸν πίνον ἔχοντα κάλλος, sed exceptis nonnullis carminum generibus, quod addit Dionysius l. l.: χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια καὶ εἰ τινα τούτοις ὁμοίας ἀπαιτεῖ παρασκενάζ, ita etiam quod ad sententias et universi carminis colorem attinet ab epiniciis toto caelo distant carmina qualia sunt fr. 105, quod ad Hieronis nomen festive alludit, aut fragmenta pulcherrima 123/4, quae poetam ostendunt. qualis eis qui Pindarum ex epiniciis paucis cognitum habeant sine dubio novus erit et veri non similis. Parthenia autem, quae expressis verbis laudat Dionysius. quamvis ad illa carmina multo proprius accendant quam ad epinicia. a quibus abhorrent fr. 104 b, festivum illud et lepidum, et parthenii fragmentum nuper repertum,

---

1) L. l. p. 379 et 445.

2) Hermes 34 p. 465.

3) De compositione verborum ed. Usenerus p. 98, 4.

quod legitur Oxyrrynch. Pap. IV No. 659<sup>1)</sup>. tamen in elocutione non. quod expectare poteras, prorsus libera sunt ab exemplo epico. quam rem probare potest novum parthenii fragmentum, ubi ocurrunt et formula epica v. 55 *ἴππων ὀκυπόδων* = Θ 129 et vox epica v. 37 *αἰψηρός*, atque bene adnotant editores voces quae legantur v. 33 *σειρῆνα κόμπον* intellegi non posse nisi collato μ 168/9 eum scholiis, quae docent Hesiodum Sirenes ventos decantantes inducere. Libenter concedo in talibus carminibus, qualia dicit Dionysius, Pindarum parciorum fuisse coloris epici, sed inesse his quoque carminibus colorem epicum tenemus.

Ad Pindari artem et ingenium et cognoscenda et rectius aestimanda plus quam ea quam proposui quaestio valet ea, quae est de imaginibus inter se commixtis, de qua pauca proferre liceat. cum Godofredus, qui l. l. per XVII paragraphos et plus quinquaginta paginas orationem quam dicit figuratam Pindaricam digessit, ne mentione quidem dignam eam putaret et Leopoldus Schmidt, quamvis rem aliquo modo sentiret, tamen per vocem quae est oxymoron eam explicasse contentus esset et in solis senioris poetae carminibus eam ocurrere diceret l. l. p. 363.

A poetis epicis, quos quantum scio etiam hac in re sequitur Bacchylides, quam maxime abhorrebat imaginem et rem. quae imagine explicatur, inter se commiscere aut variarum imaginum partes, quarum altera

1) Chorum puellarum ab adolescentium distare dicit v. 45: *ἔμε  
δὲ πρέπει παρθενία μὲν φρονεῖν γλώσσα τε λέγεσθαι*, pulchritudo describitur v. 27 (*χερσὶ μελακαῖσιν*) neque id quod monuit Wilmowitzius Gött. Gel. Anz. 1904 p. 670 chori ducem more Alemanis nominatam miraremur.

alteram excludere debebat. coniungere. Non dico unam imaginem vel brevi indicatam alteram sequi. quod poetis Graecis solemne fuisse in Hercule Euripideo egregie demonstravit Wilamowitzius<sup>1)</sup> et cuius rei exemplum durius est P IV 137 μαλθακῷ φωνῇ ποτιστάξων ὕαρον βάλλετο κρηπίδα σοφῶν ἐπέων, ubi tamen altera imago, quippe quae usitatissima sit<sup>2)</sup>), fere non sentitur, sed rem cum imagine coniunctam, quod Wilamowitzius l. l. p. 103/4 exemplis allatis explicavit. cui praeludium quasi est, ὑποκρέει. ut Pindarice loquar, usus Pindaricus, qui duas actiones coniungit, sicut O VII 80 pompa et sacrificium coniunguntur in eo quod est μῆλον κνισσάεσσα πουπά, aut fumus et ignis coalescent in mirum illud O VIII 36 λαβρός<sup>3)</sup> καπνός.

Res et imago dupli ratione coniunguntur: aut imago turbatur voce inserta quae ad rem pertinet aut imaginis pars intercedit inter descriptionem imagine carentem; utriusque rei exempla proferam.

O VII 11 Gratia dicitur victorem videre placido lumine, ut Horatiano illo utar. sed deletur imago pulchra, cum addatur v. 12: θαμὰ μὲν φόρμιγγι παυφώνοισι τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν. P IX 37 et fr. 122 imago floris decerpti, quae nota est vel ex Catulli 62.39, pessimumdatur additis vocibus quae ad ipsam rem pertinent, ἐκ λεχέων vel ἐρατεινᾶς ἐν εύναις. N III 76 carmen potionis ex melle et lacte mixtae comparatur, deletur imago versu 79, qui addit πόμ' ἀοδιμον ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν. N VIII 46 carmen cum basi statuae sicut N IV 81 cum columna comparatur, sed ut dis-

1) Herakles<sup>2</sup> II p. 194 sqq.

2) Cf. Wilamowitzium Her.<sup>2</sup> II p. 257 ad v. 1261.

3) Ignis epitheton est λαβρός Eur. Or. 697.

crimen a lapide muto exprimeret, quae res invenitur etiam N V 1 et J II 46, imagine delecta poeta dicere ausus est λαβόν λίθον, lapidem verbosum, atque prorsus eadem ratione J VIII 63 invenitur μνᾶμα κελαδῆσαι, quod tamen durius fit praecedente imagine Μοισαῖον ἔρωτα ἔσσυνται. Denique sic explicatur N VII 11. ubi victor dicitur μελίφρον' αἰτίαν ὁσαῖσι Μοισᾶν inicere, ubi imago lapidis in aquam deiecti, qui aquam movet, subest, quam misere pessumdat locutio inserta μελίφρων αἰτία. Extremo loco autem ut exemplum proferam quod facile inter omnia audacissimum est, N VIII 15 carmen dicitur Λυδία μίτρα καναχαδὰ πεποικιλμένα.

Alterius rei, dieo imaginis partem, saepissime unam vocem inter voces ad ipsam rem pertinentes illatam, tot exempla collegit Wilamowitzius, ut uno loco Pindarico addito contentus sim: J VIII 53 viri fortes, quibus Troia defenditur, poplites urbis, quibus caesis corruat civitas<sup>1)</sup>, optime dicuntur. sed praeter poplites incidendi locutionem imago non ad finem perducitur<sup>2)</sup>; sacrificii imaginem subesse O X 94/9 supra vidimus, etiam P IX 87 στόμα περιβάλλειν (= ἐγκωμιάζειν schol.) infectam quasi habet imaginem, quam totam praebent locutiones quales sunt ταινίας περιβάλλειν<sup>3)</sup>.

Sed multo magis sensum nostrum offendunt duae imagines coniunctae, sicut O VII 45 nubes obliviscendi bene dicitur aliquam rem tegere, pessime animum a recte via deflectere. Dubitaverim de P IV 158, ubi

1) Urbem cum heroina quae eiusdem nominis est coniungi apud Pindarum observavit Boeckhius ad P XII 1; luculenta exempla sunt P IX 55 et 68.

2) Similem locutionem ex Herodoto VI 27 (*ἐς γόνν τὴν πόλιν ἔβαλε*) adnotat Schwartzius.

3) Monuit Schwartzius in scholis.

flos iuventutis dicitur aestuare, sicut viri ipsi describuntur v. 179 *κεχλάδοντες ἥβας*; nam flos iuventutis, praesertim cum sit formula epica trita (N 484), vereor ut imago sentiatur sicut non sentitur illud in quo luxuriat Pindarus *ἄωτον*. Certiore ratione imagines mixtas esse dicemus P IV 219, ubi Venus cantilenis suis effecisse dicitur, ut Graecia Medeam amore incensam flagello Suadae agitaret.

Nostro iure fortasse haec poetae crimini dabimus, sed ut de universa re dicam, Pindari ars et ingenium non in elocutione perspicitur, quam sermonem poeticum repraesentare vidimus antiquitus et traditum et usitatum, sed id quod Boeckhius<sup>1)</sup> et Wilamowitzius<sup>2)</sup> bene monuerunt, et quod confirmabit, quicunque intima artis Pindaricae cognitione praeditus est, quae Pindari vere poetae et ipsius propria sunt, in fabulis posita sunt paucis verbis sed egregia arte narratis et in illis sententiis vere Pindaricis, quae cogitationum longam seriem comprimunt, et poeta ipse artis suaem summam tetigit, eum diceret P I 81:

*καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις  
ἐν βραχεῖ, μείων ἔπειται μῶμος ἀνθρώπων.*

1) Explicationum p. 201 saep.

2) Isylli p. 173.

## CONSPECTUS CAPITUM.

|   | pag. |
|---|------|
| I. Prolegomena . . . . .  | 5    |
| II. De carmine P IV . . . . .   | 12   |
| III. De carminum a Pindaro et iuvene et sene cōmpositorum<br>elocutione . . . . .           | 25   |
| IV. De formulis et vocibus epicis . . . . .   | 31   |
| V. Pindarus quomodo locutiones et voces secundum exemplum<br>epicum novaverit . . . . .     | 37   |
| VI. De Pindaro in vocibus et locutionibus formandis ab<br>exemplo epico recedente . . . . . | 50   |
| VII. Epilogus . . . . .   | 55   |

## INDEX LOCORUM.

|                                   | pag.         |
|-----------------------------------|--------------|
| Hym. Hom. IV 175, VI 18 . . . . . | 19 adn. 3    |
| Antimachi fr. 1, 71 . . . . .     | 7 et adn. 1  |
| Pindari O V . . . . .             | 30/31        |
| P IV 17/8 . . . . .               | 20 sqq.      |
| 109 . . . . .                     | 15           |
| X 36 . . . . .                    | 28 adn. 3    |
| 44 . . . . .                      | 27           |
| 46 . . . . .                      | 28 et adn. 1 |
| N III 10 . . . . .                | 41 et adn. 1 |
| N IV 13 . . . . .                 | 15 adn. 1    |
| VII 21 sqq. . . . .               | 29/30        |
| J VII 41 . . . . .                | 26 adn. 1    |
| fr. 152 . . . . .                 | 43 adn. 1    |
| 287 . . . . .                     | 41 adn. 2    |

|  |           |
|--|-----------|
| fr. adesp. 97 B 4 . . . . .                        | 10        |
| schol. ad Pind. O II 12 a Drach.                   | 35 adn. 1 |
| P IV 8, 70, 81 . . . . .                           | 14        |
| Apoll. lex. Hom. s. v. <i>χαλκοβατές</i> . . . . . | 48        |

## INDEX VERBORUM.

|                                      | pag.         |
|--------------------------------------|--------------|
| ἀντιάνειρα . . . . .                 | 51/2         |
| ἀργυρόπηχνος . . . . .               | 50           |
| βαρύγδουπος similia . . . . .        | 16 et adn. 1 |
| βίη Ἡρακληέη similia . . . . .       | 44 adn. 3    |
| βοαθός . . . . .                     | 24           |
| γλαυκῶπις . . . . .                  | 19 adn. 1    |
| ἔρασιμολπος similia . . . . .        | 53/4         |
| ξωθάλμος . . . . .                   | 42 adn. 1    |
| ἶκμενος . . . . .                    | 34 adn. 1    |
| ἴππαιχμος . . . . .                  | 23/4         |
| ἴππομητις . . . . .                  | 22           |
| λευκαὶ φρένες . . . . .              | 15           |
| μναστήρ, μνάστειρα . . . . .         | 52           |
| μελίφθογγος . . . . .                | 42/3         |
| νεό-δματος, -γνιος similia . . . . . | 47           |
| πεζοβόας . . . . .                   | 24           |
| προτροπάδαν . . . . .                | 16           |
| σακεσφόρος . . . . .                 | 10           |
| σμαραγδοχαλτας . . . . .             | 17           |
| ὑψηχής . . . . .                     | 21 adn. 1    |
| χαλκοβατές . . . . .                 | 48           |
| χαλκοβόας . . . . .                  | 24 et adn. 3 |
| χαλκοπάραος . . . . .                | 48           |
| χρύσεος = παλός . . . . .            | 48/9         |
| χρυσόθρονος similia . . . . .        | 45           |
| χρυσόπαχνος . . . . .                | 50           |

## VITA.

Natus sum Hermannus Schultz Gottingae pr. Kal. Dec. 1881 patre Hermanno matre Iuliana e gente Gelzer, qua superstite gaudeo; fidei addictus sum evangelicae. Privatis scholis elementis imbutus inde a vere 1891 per novem annos frequentavi gymnasium Göttingense, quo in tempore optime de me meriti sunt et Antonius Viertel, quo moderante gymnasium etiamtum florebat, et praeceptores, quorum e numero hic nomino Behrendsen Hentze Fred. Meyer Pannenborg Thimme Uhlemann, quibus hoc quoque loco gratias debitas et sinceras dicere iuvat. Vere 1900 universitatem Basileensem petii atque post sex menses, qui dignum fuerunt studiorum initium et iucundum, Gottingam reversus inde a Kal. Octobr. 1900 stipendia meritus sum, quo anno peracto et corpore corroborato et animo novo litterarum ardore incenso Gottingae totum me philologiae dedi neque Georgiam Augustam ex hoc tempore deserui nisi quod inde ab autumno 1903 bis sex menses Berolini peregi.


Docuerunt me viri doctissimi Basileenses: Bethe Dragendorff Heusler Wackernagel Wölfflin, Berolinenses: Diels Kekulé Ed. Meyer Paulsen Guil. Schulze Wentzel Wilamowitz, docuerunt aut docent Göttingenses: Baumann Busolt Dilthey Lehmann Leo Guil.

Meyer Schwartz Wackernagel Wentzel. Proseminarii Gottingensis et Berolinensis per singula, seminarii Gottingensis per tria semestria fui sodalis; praeterea ad exercitationes metricas Wilamowitz, ad historicas Brandi Busolt Lehmann, ad grammaticas Schulze et Wackernagel, ad archaeologicas Dilthey aditum benigne mihi concesserunt.

Quibus omnibus hoc loco debitas gratias dico quam maximas; imprimis autem gratum animum libenter profiteor quattuor praeceptoribus, quorum ut Pindarico illo utar φευὶ διδασκαλίᾳν οἶσειν, Wilamowitzio, qui quam comiter me excepit atque quomodo et scholis et aditu in domum benigne concesso me promoverit, numquam oblisviscar, Wackernaglio, qui Basileae et Gottingae pari comitate et philologum et hominem beneficiis auxit quam maximis, Schwartzio, cuius summam humanitatem saepe expertus sum et qui scholis de Pindaro habitis huic opusculo nascenti multum profuit, Leoni, qui inde a principiis benevolentissime studiis meis prospexit, imprimis autem postquam pater crepus est praematura morte vere 1903, re vera patrius fuit consiliorum auctor et moderator.

Denique me societatis philologorum Gottingensium sodalem, Berolinensium hospitem fuisse grato animo liceat commemorare.

---





PA  
4276  
S35

Schultz, Hermann  
*De elocutionis Pindaricae  
colore epico*

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

